A

ad usus D. Venantij fry Abbatij

PROSOPOPOEIÆ BOTANICÆ,
SIVE
NOMENCLATOR BOTANICUS.

Pro Rei Herbariæ Candidato

Doctore Rainerio de la Grange Pronepote.

XENIOLUM HOC

Cordis sui Hospiti Gratissimo,

Botanographorum Summo

D. AUGUSTO QUIRINO RIVINO

Offert

D. VIRGILIUS FALUGIUS FLORENTINUS
Visitator Generalis Vallumbrosanus.

FLORENTIÆ, M.DC.XCVII.

Typis Antonii Mariæ de Albizzinis.

Superiorum Permissu.

EXCELLENTISS.
PRÆCLARISSIMEQUE
VIR.

ET cui debent ſuas aquas fontes, ſuas flumina, niſi Mari, à quo ſuas ducunt origines? Et cui mea hæc ex tuis limatiſſimis excerpta Li-

bris debeo & ego, nisi Tibi, Doctissime RIVINE, à quo derivantur? Excipias, rogo, ut tua; Te enim digna sunt; excipias ut mea, ut, à Te castigata, item Te digna fiant, & prorsus tua, Tibi dicata, dicantur. Equidem videbor aliquibus juxta fluvium puteum fodisse; Ita est; Volui enim, ut hauriant ex puteo Tyrones, quos flumen exundans tuæ vastæ doctrinæ deterret. Hæc meo Pronepoti Rei Herbariæ candidato concinnavi, Tibi verò eamdem eminentissimè adepto, consecro, enixè Dominationem tuam rogans, ut Tertiam, & alias tui utilissimi Operis Partes, quamprimùm

præ-

prælis committas, ut, ſicut Prima, & Secunda fuere clariſſima Aurora Botanicis, fiant reliquæ iiſdem lucidiſſimus, ardenſque Meridies, quem nunquam excipiat occaſus, mihique ordinem oſtendant, quo alias Proſopopœias diſponam, quas jam confectas uſque ad ſexcentas, ſed conſemineas, habeo. Vale Rei Herbariæ fulgidiſſimum lumen, meque diligas, qui vivo

In Monaſterio S. Trinitatis Florent. XIV. Kalendas Julias 1697.

Amantiſſ. & Devinctiſſ. tibi Servus

D. Virgilius Falugius V. V.

Scribimus indoctis:

CARISSIME PRONEPOS.

CUm primùm, me ſuadente, Rei herbariæ nomen dediſti, pollicitus fui, per viam compendiariam te ducturum, ne greſſibus ambiguis, quaſi cæſpitator, in tricas impingens, aut tardè, aut nunquam ad propoſitā metam pervenires. Sed ſub quo Deo compitalitio, niſi ſub Archibotanographo RIVINO id promiſiſſem? Eius enim ſecura ſolùm methodo univerſali, clara, diſtincta, atque conſtante Te ad Regnum vegetabile pertingere, eoque potiri poſſe putavi. Accipe ergo excerpta quædam principaliora ex eius Introductione generali ad id apta, à me rudi Muſa verſibus comprehenſa, ut faciliùs ea memoriter addiſcas, æternùmque retineas. Præter eius regulas generales concinnare placuit Tetraſtica quædam ſuper ſingulas ab eodem diſpoſitas plantas, quas Pro-

ſopopœias Botanicas appellare libuit; Fingo enim eas loqui, etymon edicere, & proprias, quantum patitur quatuor verſuum anguſtia, vires narrare. Hæ ſunt de Plantis, quæ ſunt flore irregulari Monopetalo, quas eę ſequuntur, quæ ſunt de Plantis flore irregulari Tetrapetalo. Has meditare, in his eſto, donec prędaudatus Autor ordinem aliarum edat, quas etiam Tibi concinnavi, non priùs prędituras, quàm Ipſe prodeundi ordinem conſtituat. Diſtuli uſque modo eas tibi tranſmittere, ſperans fore, ut pręlis committeret ſuum Parnaſſum Botanicum Excellentiſs. Joſeph Jambonus, Triſmegiſtus ille, Medicus, Anatomicus, atque Poeta. Interim in his verſare, donec tanti Viri tibi detur erudiri carminibus. Typis mandavi, ut correctæ, & non vitio amanuenſium corruptæ, Tibi perveniant. Vale. Florentiæ.

D. Virgilius Falugius V. V.

SUMMA PLANTARUM GENERA
Ex Riviniana Introductione generali in Rem Herbariam pag. 32.

Ex Phyticis quędam perfecto flore renidet,
Quædam imperfecto, multaq; flore caret.
Quæ perfecto gaudent illi aut regula certa est,
Aut illi prorsus regula nulla manet.
Illi, cui perfecto certa est regula, duplex
Est, aut est simplex, vel coit ex aliis.
Qui coit ex aliis, aut ex conformibus, aut ex
Non conformibus est, aut per utrosq; coit.
Ex solis cōformibus aggestum est Tanacetum,
Et Petasites est, Menthaque Græca simul.
Ex utrisque coit Flos Solis, Doronicumque
Anthemis, ac Bellis, Calthaq; Flosq; Helenę.
Ex solis diflormibus extant multa Phytorum
Floribus aggestis, hæc Capitata vocant.
Simplex est 1. Mono, vel 2. Dipe, vel 3. Tripe, vel 4. Tetra, 5. Pentap,
6. Hexapet, aut constat pluribus ex petalis.
Perfectus, cui regula nulla est, vel 7. Mono, vel 8. Dip,
Vel 9. Tripe, vel 10. Tetrapet, 11. Pentapet, 12. Hexapet est.
Quæ tandē imperfecto gaudent flore quaterno
Si placeat, numero claudere cuncta potes.
Primò Amentifera adstant, mox quæ stamine florent,
Post quæ in glomerulis, denique Dorsifera,
At quę flore carent prorsus, sunt Tubera terrę,
Suntq; Pori, & Lichē, Fūgus, & Alga, Bryon.

Nota, & Declaratio Vocum mutilatarum in supradictis Carminibus contentarum.

1. Monopetalus.
2. Dipetalus.
3. Tripetalus.
4. Tetrapetalus.
5. Pentapetalus.
6. Hexapetalus.
7. Monopetalus.
8. Dipetalus.
9. Tripetalus.
10. Tetrapetalus.
11. Pentapetalus.
12. Hexapetalus.

Plantæ, quæ sunt Flore irregulari monopetalo ex nunquam satis laudato Rivino p. 6. post Introd. generalem, &c.

UNius petali difformi flore decora (rat.
Planta gerit nudum sperma. vel arce se-
Nudo uno, & papposo gaudet Valleriana,
Et sine pappo unum Valleranella gerit.
Nudaque juncta simul producit bina Locusta:
Quæ restant aliæ nuda quaterna ferunt.
Suntq; vel asperiore cute, aut epidermide lævi:
Ecchii, & 1. Ecchio, 2. Bugl semina sola rigent.
Cunctæ aliæ talis generis sunt semine lævi,
Quas Florum Cassis, Barbaque dissociant.
3. Teuc, 4. Cham, 5. Scor, 6. Scoro, 7. Pseudo-Mar, 8. Iva, Chamæpytis, 9. Aiug
Ornantur barba, cassis, & omnis abest.

Bar-

Barbato, & galeato flore eſt Ocimon omne,
Barba illi eſt ſimplex, Caſſida ſciſſa quater.
Sed Leonuro, Cardiacæ, 10. Lamio, atque 11. Meliſſoph,
12. Pſeudo-Ma, Pulegio, 13. Lada, Dracocephalo,
Et 14. Stach, Betonicæ, Brunellæ, 15. Cann. ſpuriæque
Barba tripartita eſt, integra caſſis adeſt.
Horminum verò, 16. Roſ, 17. Mar, 18. Thy, 19. Se, 20. Clin, 21. A, 22. Sa, 23. Meliſſ,
24. Cal, 25. Men, Menthaſtrum, cum Nepeta, atque 26. Laven,
Jungeque 27. Stoech, 28. Verben, Maioranam, Uriganumque
Caſſide ſunt ſciſſa, barba triſulca manet.
Urigano ſpurio, Galeopſi junge Moluccam,
Integra adeſt caſſis, barba quaterna ſubeſt.
Marrubiaſtrum verò, ſicut Alyſſa Galeni,
Album Marrubiũ, Terræ hedera, 29. Hyſq; 30. Sider.
Necnon Salvia, 31. Cedro Tu, 32. Pſeudo-Cha, 33. Pſeudo-Di, 34. Bugul
Sunt galea ſciſſa, ſunt labiata quater.
Quæ membranacea concludunt ſemina capſa
Quincuplicis cunctas ordinis eſſe ſcias.
35. Unica nimirum, 36. Bica, 37. Tricapſ, 38. Quadrica, 39. Sexcapſ;
Sed duro claudit cortice ſperma 40. Lygos.
Carnoſo verò, ſeu bacca, ſemina ſervant
41. Pſeudo-Vib, atque 42. Xyloſt, & 43. Periclymen, Arum.

Una, quæ in capſa membranacea ſua claudūnt
Semina ſunt 44. Scutel, Lentibulariaque.
Quæ verò in capſa bina ſua ſpermata condunt,
Harum vel clauſus flos, vel apertus hiat.
Clauſo cum labiis eſt flore 45. Melampyr, &
46. Anthirr
Eſt 47. Linar ſimilis, 48. Cymbal, itemque
49. Elatin.
Quæ patulo flore extant, atq; in ſegmina ſciſſo,
Hę tria, ſeu quatuor, quinqueve ſegmina habent. (thus,
Barbatus tria tantùm ſegmina portat Achan-
Sed quatuor, quæ mox ſubtus inuſta leges.
Ecbolium nempe, 50. Orobanch, Squamaria, &
51. Euphras,
Talis 52. Odon, 53. Pedicul, 54. Criſta,
55. Veroni, 56. Beca.
Tandem quina tenet 57. Falſum gelſemin,
58. Hyoſci,
Cumq; illis 59. Digital, 60. Gratio, 61. Scrophulaque,
At quæ capſa trina claudunt ſemina ſunt hæ,
62. Flos-Car, 63. Rap-Corni, 64. Gladiol,
65. Indica Cann.
66. Quadricap extat tādem Seſama, 67. Sexcap
68. Ariſto;
Hæ ſunt, quæ genere hoc clauſa notare potes.

De-

Declaratio Vocum mutilatarum in supra-scriptis Carminibus contentarum.

1. Echioides.
2. Buglossoides.
3. Teucrium.
4. Chamædrys.
5. Scordium.
6. Scorodonia.
7. Pseudo-Marum.
8. Iva moschata folio multifido.
9. Aiuga folio integr.
10. Lamiũ flore luteo.
11. Melissophyllum.
12. Pseudo-Marrubiũ.
13. Ladanum segetum.
14. Stachis.
15. Cannabis spuria.
16. Rosmarinus.
17. Marum.
18. Thymus.
19. Serpyllum.
20. Clinopodium.
21. Acinos.
22. Satureia.
23. Melissa.
24. Calamentha.
25. Mentha.
26. Lavendula.
27. Stœchas.
28. Verbena.

20.Hyssopus.
30.Sideritis.
31.CedronellaTurcica
32.Pseudo-Chamæpitys.
33.Pseudo-Dictamnus
34.Bugula.
35.Unicapsularis.
36.Bicapsularis.
37.Tricapsularis.
38.Quadricapsularis.
39.Sexcapsularis.
40.Lygos, idest Vitex, seu Agnus castus.
41.Pseudo-Viburnum Americanum.
42.Xylosteum.
43.Periclymenum.
44.Scutellaria.
45.Melampyrum.
46.Antirrhinum.
47.Linaria.
48.Cymbalaria.
49.Elatine.
50.Orobanche.
51.Euphrasia.
52.Odontitis.
53.Pedicularia.
54.Crista galli.

55.Veronica.
56.Beccabunga.
57.Falsum gelseminũ.
58.Hyoscíamus.
59.Digitalis.
60.Gratiola.
61.Scrophularia.
62.Flos Cardinal. Barberini.
63.Rapunculus corniculatus.
64.Gladiolus.
65.Canna Indica.
66.Quadricapsularis.
67.Sexcapsularis.
68.Aristolochia.

PRO-

PROSOPOPOEIÆ

Singularum prędictarum Plantarum, quæ ſunt flore irregulari monopetalo:

Et primò earum, quæ nudum ferunt ſemen.

Semen nudum unicum papposum fert

VALERIANA.

Rivinus in Ordine plantarum, quæ ſunt flore irregulari monopetalo p. 6.
J.B. t. 3. l. 17. p. 210.

Proſopopœia I.

Naſo me penſas? Phy! dic. Sed Val'erianam,
Ingenio penſans, jure vocare potes.
Hæc VALEO; urinas duco, menſeſq; morantes;
Antidotis jungor, pectora puncta juvo.

Se-

Semen nudum unicum non papposum fert

VALERIANELLA
Cornucopioides.

Riv. p. 6. J. B. t. 3. l. 27. p. 212.

Prosopopœia II.

Valleranella vocor. Cur Cornucopioides?
Quòd paret Cornu-Copia sperma meum.
Scire meas optas vires? Scitare saporem,
Ipse tibi dicet, qui quasi Aroma sapit.

Semina nuda bina fert

LOCUSTA.

Riv. p. 6. J. B. t. 3. l. 28. p. 323.

Prosopopœia III.

O utinam fuerim Baptistæ pasta Locusta!
Vallerianella haud, Valleriana forem.
Lactucæ similis, cara agnis, nominor agni
Lactuca, & febri pasta juvare queo.

Se-

Semina nuda, quaterna, rugosa fert

ECHIUM.

Riv. p. 6. J. B. t. 3. l. 33. p. 587.

Prosopopœia IV.

(bis,
Vipera te feriit? Me expertū medicamen habe-
Hinc mihi jure Echii nomen Echidna dedit.
Te pupugit Crabro? infenso succurro dolori;
Herculeos morbos Herculis instar ago.

Semina nuda, quaterna, rugosa fert

ECHIOIDES
flore ceruleo, pullo, & albo.

Riv. p. 6. J. B. t. 3. l. 33. p. 581. 592.

Prosopopœia V.

(des.
Cùm sim Echio similis meritò vocor Ecchioi-
Sim an folio talis, floreve? Quære, scies.
Optas quas vires habeam? Tibi dicere possum;
Me vice Buglossi Pharmacopœus habet.

Semina nuda, quaterna, rugosa fert

BUGLOSSOIDES.

Riv. p. 6.

Prosopopœia VI.

Buglosso similis sum: hinc *Buglosso* - vocor *-ides*,
Cretica Borrago, Cretica dicta male.
Quid possim tibi nō narro: nam quęrere debes,
Optas si vires, experiendo, meas.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm.

TEUCRIUM.

Riv. p. 7. J. B. t. 3. l. 28. p. 290.

Prosopopœia VII.

Teucrion à Teucro mihi venit nobile nomen,
Cui mea vis primò cognita magna fuit.
Sano venenatos morsus, sed gloria prima
Est validè splęnis debilitare mala.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm

CHAMÆDRYS.

Riv. p. 7. J. B. t. 3. l. 8. p. 288.

Prosopopœia VIII.

Glorior à magna Quercu, po! Quercula dici,
Et quòd ſim grandi parvula maior ego.
Urinas, menſes traho, ſpleni adſù, extraho partus,
Imperioq; meo tuſſis, hydropſq; ſubeſt.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm

SCORDIUM.

Riv. p. 8. J. B. t. 3. l. 28. p. 292.

Proſopopœia IX.

Allia cùm ſpirem, Scoroda appellata Pelaſgis,
Defluxit nomen Scordion inde mihi:
Anguibus obſiſto, membra à putredine ſervo,
Virus debello, vermibus indo necem.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm

SCORODONIA.

Riv. p. 8. J. B. t. 3. l. 28. p. 294.

Prosopopœia X.

Scordio ego affinis Scorodonia dicor, & ipsi
Viribus affinis sum potiore gradu.
Quæ valet illud, ego valeo; sed fortior illo,
Gangrænosa potens ulcera sana dare.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm

PSEUDO-MARUM.

Riv. p. 8. Marum Cortusi. J. B. t. 3. l. 28. p. 242.

Prosopopœia XI.

Tu Cortuse, Marum me vis, alius negat esse,
Hinc, Rivine, vocas me bene Pseudo-Marum.
Quicquid sim, sanè sum præstantissima planta;
Quæ mihi sint vires, naribus ipsa loquor.

Sa-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm.

CHAMÆPITYS.

Riv. p. 8. J. B. t. 3. l. 28. p. 297.

Prosopopœia XII.

(tys alta
Nomine quamquã humilis, virtute Chamæpi-
Sum; juvo namq; jecur, sumq; aconita domãs.
Me fugiãt gravidæ; utantur quæ mẽstrua quæ-
Et quibus effœtis ubera dura rigent. (runt,

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm

IVA MOSCHATA folio multifido.

Riv. p. 8. Botrys vert. J. B. t. 3. l. 28. p. 298.

Prosopopœia XIII.

(re,
Quòd juvo dicor Iva, & quoniã cõmendor odo-
Moschata appellor, nomine, req; bona. (itys,
Omnia enĩ quæcũq; potest validè ipsa Chamæ-
Credas quòd possim, vi inferiore tamen.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato tantùm

AIUGA
folio integro.

Riv. p. 8. J. B. t. 3. l. 28. p. 301.

Prosopopœia XIV.

Aiuga cur dicar, mihi sanè est dicere turpe,
Scire horret, sanctè Virgo ligata viro.
Cũ sim affinis Ivæ, quę pol planta est polychre-
Herbarum doctor credis achresta fiem? (sta,

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato simul, barba simplici, & galea quadripartita

OCIMUM.

Riv. p. 8. J. B. t. 3. l. 28. p. 249.

Prosopopœia XV.

Ozimon appellor dono præstantis odoris,
Doteque virtutum Regia Planta vocor.
Per me mœror abit, redeunt sua gaudia cordi,
Cassaque redduntur dira venena Nepæ.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

LEONURUS.

Riv. p. 8.

Prosopopœia XVI.

Si caput (o utinam!) nomen, non cauda Leonis
Donasset mihi, quàm lætior inde forem?
Sum ergo Leonurus Libicæ dudū accola Terræ:
Si vires quæras, Africa narret eas.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra.

CARDIACA.

Riv. p. 9. J. B. t. 3. l. 28. p. 321.

Prosopopœia XVII.

Succurro cordi, juvo ventriculique dolori
Cardia jam dicti, Cardiaca inde vocor.
Herculeum expugno morbū, vermesq; trucido,
Et per me prægnans fæmina læta parit.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

LAMIUM
flore luteo.

Riv. p.12. Galeopsis,&c. J.B. t.3. l.28. p.323.

Prosopopœia XVIII.

Cùm meus,ut piscis Lamiæ,flos guttur hiascat,
Hinc mihi sors Lamii nomen habere dedit.
Viribus herclè meis omnes oppugno tumores,
Auxilium ulceribus, vulneribusque fero.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

MELISSOPHYLLON.

Riv. p.9. Melissa adult. J. B. t. 3. l. 28. p. 233.

Prosopopœia XIX.

Est dubium,an Lamium sim, simne Melissa? re- (solvunt
Docti, me generis neutrius esse, quidem.
Ergo Melissophyllon sum, quia phylla Melissę
Sunt mihi; Sumq; utero grande salutis opus.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

PSEUDO-MARRUBIUM Palustre.

Riv. p. 9. Marrubiast. J. B. t. 3. l. 28. p. 119.

Prosopopœia XX.

Dedecorat Pseudo & decorat me Lãcea Christi,
Lanceę enim formã, quę gero, phylla ferunt.
Frigida natura est mihi, constringoq; valenter:
Hinc poteris vires noscere, docte, meas.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

PULEGIUM.

Riv. p. 9. J. B. t. 3. l. 28. p. 257.

Prosopopœia XXI.

Dat ne Pulex mihi nomen? Si dat, gloria parva est,
Polleo si donet, gloria magna mea est.
Magno Magnatum morbo succurro Podagræ,
Voxque, meo auxilio, turbida, clara redit.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

LADANUM SEGETUM.

Riv. p. 9. J. B. t. 3. in app. p. 855.

Prosopopœia XXII.

Ladanon appellor Segetũ, quia Ladani ad instar
Phylla fero, atque sinu me fovet alma seges.
Qui de me scribunt reticent quę sit mea virtus;
Si reticent illi, meque tacere licet.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

DRACOCEPHALUS.

Riv. p. 9.

Prosopopœia XXIII.

Ut Draco flos meus os aperit terrensq; placẽsq;
Inde Dracocephali nomen habere datum;
Si, quia delecto, bonus exto, prorsus ineptus
Non ero Mundo. Plura requiris? Abi.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

STACHYS.

Riv.p.9. J.B.app.t.3.p.853.& 854.& l.28.p.319

Prosopopœia XXIV.

Quę Stachys Argolicis est, hęc est spica Latinis;
Floreo spicatim, nomen & inde mihi.
An sim prisca Stachys, Scriptores, dicite quęso,
Et vobis dicam, quæ mea sit Dynamis.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

BETONICA.

Riv.p.7. J.B.t.3.p.301.& 302.

Prosopopœia XXV.

Vetones nomē mihi dant: mihi vis mea famam,
Audis Vettonicam? Cætera Fama canit.
Cur nova Musa meam virtutem dicere tentet,
De qua tot cecinit, tantaque MUSA vetus?

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

BRUNELLA FOL. LACIN.

Riv. p. 10. J. B. t. 3. l. 30. p. 429.

Proſopopœia XXVI.

Cùm medear morbo Die Brune, ſum inde Brunella;
Me, capitis languor, præcipiente, fugit.
Aphtis auxilior, ſclopeti vulnera curo,
Sumque venenatis morſibus alta ſalus.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea integra

CANNABIS SPURIA.

Riv. p. 10. Cannab. ſilv. quor. J. B. t. 3. p. 855.

Proſopopœia XXVII.

Jure vocor Spuria. omni proprietate remota
Cannabis, & deſit ſpermaque, floſque mihi.
Cannabinis foliis ſim: Vis ſim Cannabis ergo?
Dic potius, ſi ſcis, vis mea quanta ſiet.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

HORMINUM.

Riv. p. 10. J. B. t. 3. l. 28. p. 310.

Prosopopœia XXVIII.

Si memor esse mei cupias, mea semina mande,
Mnemosyne Horminum sic tibi semper ero.
Sisto albos menses, traho rubros, pello secundas,
Discutio Panos, est mihi amica Venus.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

ROSMARINUS.

Riv. p. 10. J. B. t. 2. l. 13. p. 26.

Prosopopœia XXIX.

RosMaris appellor, Libanotidis impetro nomẽ,
Quòd Mare delector, quòd mihi thuris odor.
Officina meo gaudet, gaudetque popina
Auxilio, medeor plus quoque mille malis.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

MARUM.

Riv. p. 10. Clinopodium, &c. Mastichina Gallorum. J. B. t. 3. l. 28. p. 243.

Prosopopœia XXX.

Rex Maro det nomen mihi; vel det Amaracus
Lętor, quòd semper nobile germen ero. (ipse,
Calfacio, adstringo, serpentiaque ulcera sisto,
Imponor bene ubi debet adesse calor.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

THYMUS.

Riv. p. 10. J. B. t. 3. l. 28. p. 265.

Prosopopœia XXXI.

Deliquium pateris? Proprio tibi nomine juro,
Me tibi velle Thymum ferre salutis opem.
Arthresi juvo, partus, menses, atque secundas
Pello, illustro oculos, Ischiacosque levo.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert. flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

SERPYLLUM.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 8. p. 270.

Prosopopœia XXXII.

Serpyllum dicor, soleo quia serpere latè,
Serpentesque ustum serpere cogo procul.
Urinas traho, menses evoco, calculus à me
Truditur, & spleni sum, jecorique salus.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

CLINOPODIUM.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 251.

Prosopopœia XXXIII.

Et κλίνη, & ποδίον mihi dant nomen, quia lecti
Flore pedem refero; Roboro pesque caput.
Visceribus quoq; robur dono, insessibus addor,
Imperioque meo menstrua stare volo.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

ACINOS.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 258.

Prosopopœia XXXIV.

Est Græcis ἀ non; κινῶ est cieo; Hinc Acinos (sum,
Non moveo, aut stimulo, sed fero, stipo, ligo.
Sisto nempe alvum, nimiumque fluentia sisto
Mēstrua; sed quis sim nō bene constat adhuc.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

SATUREIA, sive THYMBRA.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 272.

Prosopopœia XXXV.

Turpe quidē, Satyri sua si mihi nomina donent.
Gloria maior erit, si à saturando vocer.
Gloria magna mihi propria virtute beatæ,
Quæ Herpylli, atque Thymi duplice dote (beor.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

MELISSA.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 233.

Prosopopœia XXXVI.

Cùm me delectentur Apes, vocor inde Melissa,
Namq; Apis Argolicis dicta μέλισσα venit.
Discutio strumas, rabidi canis ictibus obsto,
Tristitiam tollo, Cardiacenque levo.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

CALAMENTHA.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 228. 229. 230.

Prosopopœia XXXVII.

(mentha,
Si Calamentha vocor, præstans sum, pulchraq;
Nam καλὸς egregius Μίνθα que mētha sonat.
Ischiacis, ruptis, convulsis, ictericisque
Succurro; urinis, mensibus apto vias.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

MENTHA.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 214.

Prosopopœia XXXVIII.

Minthos olet male; Mintha suavi fragrat odore:
Phy! nolo à Mintho nomen habere meum.
Mammas compesco, quas tendit copia lactis,
Extimulo Venerem, sum Venerique malum.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

MENTHASTRUM.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 221.

Prosopopœia XXXIX.

Si dicor Menthastrum, à Mentha degener exto:
At mea me virtus non finit esse nothum.
Effœtas suffitu purgo: Tormina sedo,
Quæ flatus gignunt, vermibus obsto nece.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

NEPETA.

Riv. p. 11. Mentha Cattaria. J.B.t.3.l.28.p.224

Prosopopœia XL.

Si Nepeta appellor, si Mentha Cataria dicor,
Cuna mihi nomen dat, Nepa, datque Catus.
Quæ Calamitha potest, ego possum, prolificasq;
Constituo sponsas, Asthmaticisque juvo.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

LAVENDULA.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 281.

Prosopopæia XLI.

Grata lavacra homini præsto, inde Lavendula (dicor,
Et jecur expedio, roboro ventriculum.
Flatus dissolvo, Ictericis prosum, & Catalepsi,
Phonesin reddo, menstrua pigra cito.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

STOECHAS.

Riv. p. 11. J. B. t. 3. l. 28. p. 278.

Prosopopœia XLII.

Debeo Stœchadibus nomẽ, quia Stœchas ab illis
Dicor, & Antidotis mixta venena domo.
Visceribus robur dono, oppilata recludo,
Quartanæ, & chronicis febribus indo fugam.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

VERBENA.

Riv, p. 12. J. B. t. 3. l. 30. p. 442.

Prosopopœia XLIII.

Sum à Jovis aris verrendis Verbena vocata,
Romano Imperio jam celebrata satis.
Vulneribus prosum, hydropi, pestiq; refragor,
Præsto sum enixis, ulcera spurca luo.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

MAJORANA.

Riv. p.12. J. B. t.3. l.28. p.241.

Prosopopœia XLIV.

(bus herbis?
MAJORAN Appellor, quia major sim omni-
Non: sed quòd multis sim magis ipsa valens.
Urinas, menses moveo, Antidotisque vigorem
Addo, feroque oculis, quos calor urit, opem.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba tripartita, & galea divisa

ORIGANUM.

Riv. p.12. J. B. t.3. l.28. p.257.

Prosopopœia XLV.

Mons ὄρος est, γάνος est vox signãs gaudia, mõ-
Impatienter amo, dicor Origanus hinc. (tes
Sum muscis, pedibus, pulici exitiale venenum,
Fert leviùsque dolens, me auxiliante, caput.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert; flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea integra

ORIGANUM SPURIUM.

Riv. p. 12. Orig. fistul. Jac. Cornuti c. 6. p. 13.

Prosopopæia XLVI.

Ecquid Origani adest mihi, dic Rivine, quòd (ausim
Nomine eo dici? Nil, mihi dicis, adest:
Ergo me Spurii doctè cognomine donas.
Quę mihi sint vires, ipsa Canada canat.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea integra

GALEOPSIS.

Riv. p. 12. J. B. t. 3. l. 28. p. 314. & 321.

Prosopopæia XLVII.

Est Mustela γαλῆ, est ὄψις facies; Galeopsis
Dicor, Mustelæ quòd mihi sit facies.
Adversor Cancro, Strumis, Panisque, Nomisq;
Dissipo duritias; quæque Parotis abit.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea integra

MOLUCCA.

Riv. p. 12. J. B. t. 3. l. 28. p. 235.

Prosopopæia XLVIII.

Molucca appellor; mea dat mihi patria nomen:
Advena sim quamvis, Hospes amata moror;
Obsto veneno, & si quid morbi cor patiatur
Succurro, & capitis vulnera sano citò.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

MARRUBIASTRUM.

Riv. p. 12. J. B. t. 3. l. 28. p. 318.

Prosopopæia XLVIX.

Albo Marrubio impar cùm sim, Marrubiastrū,
Balloteve vocor, non sine laude tamen.
Nam reprimo morbum, cui nomē Condylus in-
Illis & medeor, quos feriere Canes. (dit,

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

ALYSSUM GALENI.

Riv. p. 13. Alyssum verticil. C. B. p. 232.

Prosopopœia L.

Alpha, sine, est Grecis, rabies est λύσσα Latinis,
Hinc mihi Alyssi jus nomen habere fuit.
Marrubium anne Dioscoridis sim, simne Galeni,
Subdita perpetuò stat mihi lyssa canum.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

MARRUBIUM ALBUM.

Riv. p. 13. J. B. t. 3. l. 28. p. 317.

Prosopopœia LI.

Sum Mare Marrubium virtutũ. Vinco venena,
Et cedunt Tabes, Tussis, & Asthma mihi.
Fræno Nomas, Strumas neco, sordida purgo
Ulcera, Gangrænis, Hidropicisque juvo.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

HEDERA TERRESTRIS.

Riv. p. 13. J. B. t. 3. append. p. 856.

Prosopopœia LII.

Terræ Hedera appellor, Terræ dicorq; Corona,
Et mea stat virtus pulcra corona mihi.
Regium ego morbum expello, expedioq; lienē,
Imperioque meo vulnus, & ulcus abit.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato; barba quadripartita, & galea divisa

HYSSOPUS.

Riv. p. 13. J.B. t. 3. l. 28. p. 275.

Prosopopœia LIII.

Quis sim, qui nescit, qualis sim noscere nescit,
Hyssopi vulgò pauca notata cape.
Psoræ, Anginæ, Tussi, Orthopnœæ, Hydropiq;
Auxilior, vermes perdere posse putor.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

SIDERITIS.

Riv. p.13. J. B. t.3. l.30. p.426.

Prosopopæia LIV.

Dicta Sideritis sum quòd ferrumino plagas,
Herculea Herculeis viribus istud ago.
Menstrua & alba fero, stringens fræno Entero-
Cedit Erysipelas viribus icta meis. (celas;

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

SALVIA.

Riv. p.13. J. B. t.3. l.28. p.306.

Prosopopæia LV.

Vis salvus fieri? Faciam te Salvia salvum,
Fæcundo matres, lac sobolique paro.
Urinas duco, menses traho, extraho fætus,
Compesco sanguen, vulneribusque juvo.

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

GEDRONELLA TURCICA.

Riv. p. 13. J. B. t. 3. l. 28. p. 234.

Prosopopaia LVI.

Mitis, flore, & odore placens, cur Turcica dicor?
Moribus hoc nomen non decet esse meis.
Turcarum detestor mores, Turcica quamvis
Sim nata, æqualis sitque Melissa mihi.

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

PSEUDO-CHAMÆPYTIS.

Riv. p. 14. C. B. l. 7. p. 250.

Prosopopaia LVII.

Cùm mihi dissimilis sit flore Chamæpytis ipsa,
Jure vocor doctis Pseudo-Chamæpytis hinc.
Pseudo-Chamępytis, hoc est, falsa Chamępytis
Nil de me veri me dare posse puta. (exto;

Se-

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, & galeato, barba quadripartita, & galea divisa

PSEUDO-DICTAMNUS.

Riv. p. 14. J. B. t.3. l.28. p.255.

Prosopopœia LVIII.

Dictamni quamvis teneant mea phylla figurã,
Non sum Dictamnus, jureque Pseudo vocor.
Quæ mea sit vis quidnam est, qui quæsiverit un-
Nonque requisito nulla loquela fuit. (quam?

Semina nuda, quaterna, lævia fert, flore barbato, et galeato, barba quadripartita, et galea divisa

BUGULA.

Riv. p.14. J. B. t.3. l.30. p.431.

Prosopopœia LIX.

Bugula sum; junxit Latio me Barbara lexis:
Nil cures nomen; pende potentis opes.
Urinas moveo, expedio jecur, atque lienem:
Vesicam fellis; vulnera sana volo.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo unicapsulari fert

SCUTELLARIA.

Riv. p.14. J. B. t.3. l.28. p.291.

Prosopopœia LX.

Si à Scuto nomen sumo est mihi nobile nomen:
 A Scuto nomen, non aliunde, volo.
Scutula sperma tegunt mihi, Scutellaria dicor
 Hinc, & semine cum, vis mea tecta manet.

Semina inclusa pericarpio membranaceo unicapsulari fert

LENTIBULARIA.

Riv. p.15. J. B. t.3. l.38. p.783.

Prosopopœia LXI.

Lentibularia dicor, nam mihi Lentis ad instar
 Vesicæ in foliis mille subesse solent.
O utinam vires totidem natura dedisset,
 Aut pro mille unam posse patere daret!

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui f os est clausus, et labiatus, fert

MELAMPYRUM.

Riv. p. 15. J. B. t. 3. l. 30. p. 440.

Prosopopaia LXII.

Ut sum formosum, virtute Melampyron essem
Dives, dic, mea, dic, Gloria quanta foret!
Triticeū nigrū fero sperma, Melampyron inde
Nominor, & debet nil medicina mihi.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui f os est clausus, et labiatus, fert

ANTIRRHINUM.

Riv. p. 15. J. B. t. 3. l. 30. p. 462.

Prosopopaia LXIII.

Seminis à capsa, Vituli nares referente,
Obtinui nomen. Gloria major adest;
Credor enim pulchræ faciei augere decorem,
Et collo appensum mille fugare mala.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bi-capsulari, cui flos est clausus, et labiatus, fert

LINARIA.

Riv. p.16. J. B. t.3. l.30. p.457.

Prosopopaia LXIV.

Phylla mihi lini instar sunt, hinc Linaria dicor,
Et mea vis digna est, quam Linus ipse canat.
Ulcera quævis mundo, oculorum tollo ruborē;
Fitque mea lympha pulcrior ipsa Venus.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bi-capsulari, cui flos est clausus, et labiatus, fert

ELATINE.

Riv. p.16. J. B. t.3. l.29. p.371.

Prosopopaia LXV.

Crede per antiphrasin certè me dici Elatinen,
Cùm non extollar, semper humique cubem.
Quæ mea sit virtus tibi dicam, dicere si vis,
An sim, quæ fueram prisca Elatina, modò.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est clausus, et labiatus, fert

CYMBALARIA.

Riv. p.16. J. B. t.3. l.35. p.685.

Prosopopœia LXVI.

Cymbala dant mihi nomen. Sed cur? Cymbala (formam
Dant foliis nostris, sed resonare negant.
Quot Cotyledō habet vires, tot & ipsa reservo.
Plus: albis uteri profluviis medeor.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusq; tribus laciniis, barbatus tantùm, fert

ACHANTUS.

Riv. p.16. Card. Acanth. J. B. t.3. l.25. p. 75.

Prosopopœia LXVII.

Pusio jam fuerā, sum flos nunc priscus Achātus
Et mea stat virtus semper adulta tibi.
Ruptis, & phthisicis, convulsis, igneque læsis
Succurro, per me fitque podagra levis.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusq; quatuor laciniis, fert

ECBOLIUM.

Riv. p. 16.

Prosopopœia LXVIII.

Nomine si patrio vocer, Adhatoda sonabo;
Si Græco, Ecbolium; noscere me unde potes.
Noscere me inde potes, quòd sim Lucina parẽti,
In vulva fætum, cui Libitina necat.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

OROBANCHE.

Riv. p. 16. J. B. t. 2. l. 19. p. 781.

Prosopopæia LXIX.

Omne meũ nomen mihi magnũ dedecus affert,
Sumque, quod est peius, nulla medela malis.
Strãgulo (Scriptores dicũt) orobũ, hîc Orobãche
Hinc Lupus, hincq; Leo dicor, & herba mala.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

SQUAMARIA.

Riv. p. 17. Amblatũ cordi, &c. J. B. t. 2. l. 19. p. 783

Prosopopœia LXX.

Induo me squamis, ideò Squamaria dicor;
Sic armata quasi, pluribus obsto malis.
Sano internum vulnus, meque Epilepsia vitat,
Colicaque infestans, me minitante, fugit.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

EUPHRASIA.

Riv. p. 17. J. B. t. 3. l. 30. p. 432.

Prosopopœia LXXI.

Euphrosine doctis meliùs, quã Euphrasia dicor
Nam mæstis oculis gaudia prompta fero.
Aut impone meum ipsis succum, seu bibe vinũ
In quo bullierim, semper habebis opem.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

ODONTITIS.

Riv. p. 17. J. B. t. 3. l. 30. p. 433.

Prosopopœia LXXII.

Dicor Odontitis, quòd dentis placo dolorem,
Vel quòd dentatim phylla resecta geram.
Quæ mea sit virtus quæris? perpende saporem;
Sum acris amara simul, cætera tu inde cape.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

PEDICULARIS.

Riv. p. 17. J. B. t. 3. l. 30. p. 438.

Prosopopœia LXXIII.

Quàm vile est mihi nomen! Peddicularia dicor,
Vel quia pessumdo, vel quia gigno pedes.
Ulcera sunt sinuosa tibi? Te fistula vexat?
Effluit aut sanguis? Me pete, sanus eris.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

CRISTA GALLI.

Riv. p.17. J. B. t.3. l.34. p.437.

Prosopopœia LXXIV.

Crista vocor galli, tali me nomine donant
Phylla, quibus cristæ sculpta figura manet.
Quid medicè valeam non est qui dicere possit:
Accipitri prosum. Gloria parva mea est.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

VERONICA.

Riv. p. 17. J. B. t. 3. l.28. p. 283.

Prosopopœia LXXV.

Ipsa ego non scio, cur doctis Veronica dicar?
Virtutes multas me retinere scio.
Pestem propulso, & scabiem, medeorq; Lieni,
Renes expurgo, meque Scotoma fugit.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quatuor laciniis, fert

BECCABUNGA.

Riv. p.18. & Anagallis aqu. J.B.t.3.l.38. p.791.

Prosopopœia LXXVI.

Quamvis Becabunga vocer, Veronica Doctis
Semper ero, antiquis non bene nota Sophis.
Sacro igni prosum, prosum cuicumque tumori,
Scorbuticisque juvo, sum quoq; grata gulæ.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusq; quinque laciniis, fert

PSEUDO-GELSEMINUM.

Riv. p.18. Gelseminum hederaceum. Jac. Corn. c.42. p.102.

Prosopopœia LXXVII.

Quàm male Jasminum dicar, Rivine Magister,
Dic, me Jasminum Pseudo vocare solens.
Sola figura mihi Jasmini contigit, at non
Cætera Jasmini, sic bene Pseudo vocor.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quinque laciniis, fert

HYOSCYAMUS.

Riv. p.18. J. B. t.3. l.34. p.627.

Prosopopœia LXXVIII.

Dignius herclè mihi, quã Sus, dat nomẽ Apollo:
Vulgus Hyoscyamum me tamen ipse vocat.
Per me quisq; dolor, per meq; podagra levamen
Sentit, Prurigo lancinat ipsa minùs.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusq; quinque laciniis, fert

DIGITALIS.

Riv. p. 19. J. B. t. 2. l. 20. p. 804.

Prosopopœia LXXIX.

Sutorum Digital Digitalis dat mihi nomen,
Et bene; membra etenim vulnere scissa suo.
Æmula Gétianę omnia, quę valet ipsa, potesũ;
Febribus occurro, menstrua tarda traho.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusque quinque laciniis, fert

GRATIOLA.

Riv. p. 19. J. B. t. 3. l. 30. p. 435.

Prosopopœia LXXX.

Audio Gratiola, atque Dei sum Gratia dicta
Viribus à magnis, quas dedit Ipse mihi. (do,
Purgo alvũ: febres, vermes fugo, vulnera clau-
Statque meo imperio Phlegma, jecurq; lien.

Semina inclusa pericarpio membranaceo bicapsulari, cui flos est patulus, divisusq; quinque laciniis, fert

SCROPHULARIA.

Riv. p. 19. J. B. t. 3. l. 30. p. 421. col. 2.

Prosopopœia LXXXI.

Scropha mihi nomen dedit, at non gaudeo tali
Nomine, sed potius quòd mihi struma subest.
Vermes occido; faciei tollo ruborem,
Et sum hęmorrhoidum summa medela malo.

Semina inclusa pericarpio membranaceo tricapsulari fert

FLOS CARDINALIS.

Riv. p. 19. Fab. Col. in annot. &c. p. 881.

Prosopopœia LXXXII.

Cardineus flos dicor, nam mea barbara Romæ
A Barberino purpura facta sacra est.
Quid possim quæris? queo quę Rapũtia possũt,
Teste Columna, sed fervidiore modo.

Semina inclusa pericarpio membranaceo tricapsulari fert

RAPUNCULUS CORNICULATUS.

Riv. p. 20. J.-B. t. 2. l. 20. p. 809.

Prosopopœia LXXXIII.

A Rapis nomen duco, Rapunculus inde
Corniculatus ero, cornua flore gerens.
Quid possim quæris? Lactantibus augeo lacte;
Arridere gulæ gloria mea tota est.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo tricapsulari fert

GLADIOLUS.

Riv. p.20. J.Rai.p.153. J. B. t.2. l.19. p.701.

Prosopopœia LXXXIV.

Quòd foliis instar gladii orner, nominor inde
Exiguus gladius; Vis mea magna tamen.
Si sit, sanatur per me, Enterocelicus infans,
Vesicę vitiis sum medicina valens.

Semina inclusa pericarpio membranaceo tricapsulari fert

CANNA INDICA.

Riv.p.20. J.B. t.2.l.18.p.489. Recch.l.8.p.281.

Prosopopœia LXXXV.

Indica Canna vocor, quia me Europę India mi-(sit,
Nec sum, sed quid sim, care Rivine, doce.
Quæ valeam, tibi narrabit paucissima Recchus;
Detumet omnis, me præcipiente, tumor.

Semina inclusa pericarpio membranaceo quadricapsulari fert

SESAMUM.

Riv. p.20. J. B. t.2. l.21. p.897.

Prosopopœia LXXXVI.

Si me concutiant venti, pericarpia strident,
Sesama sic Græcis sum vocitata bene.
Lumina si flagrent, pungat pleurit s, & angat
Scirrhus te, aut Tussis, sum tibi prōpta salus.

Semina inclusa pericarpio membranaceo sex capsulis distincto fert

ARISTOLOCHIA.

Riv. p.21. J. B. t.3. l.32. p.562.

Prosopopœia LXXXVII.

Effætæ norunt, cur dicar Aristolochia,
Sum quibus à partu grande juvamen ego.
Gingivas extergo, & dentes, sumque podagræ
Non leve solamen, meque venena timent.

Se-

Semina inclusa pericarpio membranaceo duriore fert

VITEX.

Riv. p. 21. J. B. t. 1. l. 8. p. 205.

Prosopopœia LXXXVIII.

Vitilis exto, ideò Vitex appellor, & Agnus,
Casta quia sum arbor, corpora casta regens.
Febres pello & flatus, lac voco, provoco mēses,
Vulneribus gluten sum, ictericisque salus.

Semina inclusa pericarpio membranaceo, carnoso, scilicet bacca, fert

PSEUDO-VIBURNUM AMERICANUM.

Riv. p. 21.

Prosopopœia LXXXIX.

Camaratinga vocor, patrio si nomine dicar,
Viburnum Americæ me vocitant alii.
Pseudo at Viburnum Rivinus dicere mavult
Me, quia Viburni flore carere videt.

Semina inclusa pericarpio membranaceo, carnoso, scilicet bacca, fert

XYLOSTEUM.

Riv. p. 22. J. B. t. 2. l. 15. p. 106.

Prosopopœia XC.

(illis,
Est Xylon Argolicis Lignum; Est & os osteon
Suntq; duę hę lexes, quæ mihi nomen alunt;
Et benè, namq; meũ lignum durũ offis ad instar
Est; mea sed virtus debilis herclè nimis.

Semina inclusa pericarpio membranaceo, carnoso, scilicet bacca, fert

PERICLYMENUM.

Riv. p. 22. J. B. t. 2. l. 15. p. 104.

Prosopopœia XCI.

Plantis convolvor, dicor Periclymenon inde,
Suntque meæ vires pulcra corona mihi.
Absumo splenem, urinam cieo, incito partum,
Emaculo faciem, cruribus exto vigor.

Semina inclusa pericarpio membranaceo, carnoso, scilicet bacca, fert

ARUM:

Riv. p.22. J. B. t.2. l.19. p.783.

Prosopopœia XCII.

Est Rhoa quę Græcis, sunt Punica mala Latinis
Dicta; Aron inde vocor, granula ut ipsa ferés.
Pesti omninò adversor, debelloque venena,
Effœtas purgo, do hisque nitere genas.

Sequuntur Plantæ, quæ Flore tetrapetalo irregulari constant.

Ex eodem laudatissimo Rivino Par. 2. p. 9.

PLanta ferẽs flores difformes, & tetraphyllos
Diversa theca claudere sperma solet.
Vel simpla, vel dupla claudit, vel triplicata,
Quinqueve partiso semina vase tegit:
Simpla, parva, & sphærali Fumaria servat,
Parva, spinosa 1. Pseudo-Glycyrrh, 2. Onobrych,
Simpla, parva, glabra spartum, Barba Jovisq;
Tali, & rugosa sic Melilota ferant.
Sĩpla, parva tandẽ occulta in flore 3. Lupul fert
In 4. Perianth occulta 5. Anthy, Triphylla, 6. Lagop.
Simplici item, atq; magis longa siliqua bullata
Sperma Cicer servat, 7. Col, Crotalariaque.
Simplici item speciosa fert Faba, fert 8. Pha, Lupinus,
At mediocri Lens, Pisaq; Cracca. 9. Lathyr,
Sic Orobus, Vicion, sic Eruum, sicque Laburnũ,
10. Pseudo-A, sic 11. Glycy, sic 12. Nat, 13. Gen, 14. Anon, Cytisus.
Simplici, & angusta condit 15. Gal, 16. Pseudoque Fumar.
Lotu', Sinapistrum, 17. Fænu, Securidaca.

Simpla, & contorta in ſpiram Falcata reſervat,
Sicut & in ſimili fert Cochleata ſua.
Simplici, & articulata fert 18.Cam, 19.Scorpi, 20.Coronil,
Sicut 21. Equiferrum, ac 22. Ornithop, Hedyſarum.
Dupla, longa claudit quæ 23. Serratur utrinq;
Aſtragalus, necnon Americana Apios.
Sed dupla, curta ſervat Glaux.& Tragacantha,
Jure quibus debes jungere Thlaſpidium.
Ter partita, ſed ſolida tenet Eſula; Tali
Veſicaria habet, ſed leviore tamen.
Quiſqueq; partita ſua vult cōcludere 24.Balſam,
Et ſua conſimili contegit Impatiens.

Declaratio Vocum mutilatarum in ſupradictis carminibus contentarum.

1.Pſeudo-glycyrrhiza
2.Onobrychis.
3.Lupulinum.
4.Perianthium.
5.Anthyllis.
6.Lagopus.
7.Colutea.
8.Phaſeolus.
9.Lathyrus.
10.Pſeudo-acacia.
11.Glycyrrhiza.
12.Natrix.
13.Geniſta.
14.Anonis.
15.Galega.
1 .Pſeudo-Fumaria.
17.Fœnum-græcum.
18.Campoides.
19.Scorpioides.
20.Coronilla.
21.Ferrum equinum.
22.Ornithopodium.
23.Utrinque ſerrata.
24.Balſamina.

Figuræ Seminum Plantarum Flore Tetrapetalo irregulari

Ex eodem doctissimo Autore Parte altera, p. 9.

1. PSeudo-glycyrrh, 2. Onobrich, 3. Meli, 4. Col, Crotalaria, Anonis,
5. Pseudo-acac, 6. Phaseol, 7. Nat, Glycyrhiza, 8. Labur.
Hedysarũ, Cytisus, Falcataq; 9. Spar, Cochleata, Glaux, 10. Tra, 11. Genist semen renis ad instar habent.
At Lathyrus, Viciõ cũ Orobo, Fumaria, Cracca Donantur semper semine subtereti. (sam
Esula, 12. Pis, 13. Sin, Lotus, Vesicaria, 14. Bal-
Semina, quæ gignunt, orbiculata volunt.
Sperma oblõgum fert 15. Barb, longum 16. Gal, 17. Fab, & 18. Impat:
Thlaspidium planum; Fert pyriforme Cicer.
Compressum minus 19. Ornithopo, Serrataque utrinque;
Atque 20. Lupin latum, 21. Quadra Securidaca.
Lunulæ ad instar 22. Equi fer, convexumque facit Lens:
Fert Ervũ anglosum: 23. Sesamac, 24. Astra, 25. Api, 26. Fœni.
Curvum fert 27. Camp. Rectum 28. Scorque, 29. Co, 30. Pseudo-fu nigrum
31. Anthyl. Lupulinum, cum 32. Tri, 33. Lagoque latens.

De-

Declaratio Vocum mutilatarum in ſupradictis Carminibus contentarum.

1. Pſeudo.glycyrrhiza
2. Onobrichis.
3. Melilotus.
4. Colutea.
5. Pſeudo-acacia.
6. Phaſeolus.
7. Natrix.
8. Laburnum.
9. Spartium.
10. Tragacantha.
11. Geniſta.
12. Piſum.
13. Sinapiſtrum.
14. Balſamina.
15. Barba Jovis.
16. Galega.
17. Faba.
18. Impatiens.
19. Ornithopodium.
20. Lupinus.
21. Quadratum.
22. Ferrum equinum.
23. Seſamaceum.
24. Aſtragalus.
25. Apios Americana.
26. Fœnugręcum.
27. Campoides.
28. Scorpioides.
29. Coronilla.
30. Pſeudo-fumaria.
31. Anthyllis.
32. Trifolium.
33. Lagopus.

PROSOPOPOEIÆ Singularum prædictarum Plantarum, quæ ſunt flore irregulari tetrapetalo;

Et primò earum, quæ ſemen gerunt in conceptaculo ſimplici breviſſimo, ſcilicet ſilicula.

Semen in conceptaculo ſimplici breviſſimo, ſcilicet ſilicula ſphærica, ſubrotundum fert

FUMARIA.

Rivinus in Ordine Plantarum, quæ ſunt flore irregulari tetrapetalo p. 10.
J. B. t.3. l.26. p. 201.

Proſopopœia I.

Ut fumus ſum oculis, ideò Fumaria dicor,
Nec careo fumo, dote ſuperba mea.
Exacuo viſum, depello à ſanguine bilem,
Meq; timent hydrops, icterus, aphtha, lepra.

Se-

Semen in conceptaculo ſimplici breviſſimo, ſcilicet ſilicula echinata, reniforme fert

ONOBRYCHIS.

Riv. p.10. J. B. t.2. l.17. p. 337.

Proſopopœia II.

Expue ne me, quòd nomen mihi donet Aſellus,
Onnobrychiſque ſonem, vox aſinina, tibi;
Nam cito ſudores; per me ſtranguria finit;
Alvum conſtipo; menſibus addo pedes.

Semen in conceptaculo ſimplici breviſſimo, ſcilicet ſilicula echinata, reniforme fert

PSEUDO-GLYCYRRHIZA.

Riv. p.10. J. B. t.2. l.17. p.327.

Proſopopœia III.

Quid mihi cũ Glycyrhiza vulgò, ſi pericarpiis
Gaudeo diverſis? hinc bene Falſa vocor.
Tollo veſicæ ſcabiem, renumque dolores;
Sano jecur, foveo vulnera, ſedo ſitim.

Se-

Semen in conceptaculo ſimplici breviſſimo, ſcilicet ſilicula glabra, oblongum fert

BARBA JOVIS.

Riv. p. 10. J. B. t. 1. l. 11. p. 385.

Proſopopæia IV.

Jupiter antiquus Pater eſt mihi nominis autor;
Barba Jovis ſum, quòd candida phylla gero.
Inquiris quid poſſim? Crede Jovē omnia poſſe,
Crede, parum barbam, Credeve, poſſe nihil.

Semen in conceptaculo ſimplici breviſſimo, ſcilicet ſilicula glabra, reniforme fert

SPARTIUM AFRICANUM.

Riv. p. 11.

Proſopopœia V.

(nomen.
Spartion ex Libia ſum, hinc dat ſuper Africa
Me vulgare putas? Africa monſtra parit.
Tale, figuram contemplans, me noſcere quibis.
An mea Mõſtri aliquid vis ferat? ipſe proba.

Se-

Semen in conceptaculo simplici brevissimo, scilicet silicula rugosa, reniforme fert

MELILOTUS.

Riv. p. 11. Trif. Ital. J. B. t. 2. l. 17. p. 372.

Prosopopœia VI.

Expeto λῶ Græcis est, Mel μέλι; Mellis odore
Ditor, grata gregi; Nomen & inde mihi.
Sum quoque grata oculis, illorum deleo nubes.
Lassaque, mixta acopis, membra focillo tibi.

Semen in conceptaculo simplici brevissimo, scilicet silicula latitante intra flosculos non deciduos fert

LUPULINUM.

Riv. p. 7. J. B. t. 2. l. 17. p. 381.

Prosopopœia VII.

Quid mihi cùm Lupulo, ni quædã floris imago
Hæc mihi Luppulini nomen habere dedit.
Quid valeam, fac dicant, qui tantũmodò vult
Describere meum, vim tacuere meam.

Se-

Semen in conceptaculo simplici brevissimo, scilicet silicula, latitante intra perianthium strigosius fert.

TRIFOLIUM.

Riv. p. 11. Trif. prat. J. B. t. 2. l. 17. p. 373.

Prosopopœia VIII.

(phyllum,
Non quævis tria phylla ferens est planta Tri-
Sed cui pratensi est spermaque, flosque simil.
Tale ego cùm sim, vigeo virtutibus altis,
Præcipuèque oculos, Cœliacosque juvans.

Semen in conceptaculo simplici brevissimo, scilicet silicula, latitante intra perianthium villosum, fert

LAGOPUS.

Riv. p. 11. J. B. t. 2. l. 17. p. 376.

Prosopopœia IX.

(gopus,
Nonne λαγὸς Lepus est? πὸς Pes? vocor inde La-
Quòd pedibus Leporis sit mea spica simil.
Seminis obsto profluviis; & concava plano
Ulcera, quæq; tument inguina stringo potēs.

Se-

Semen in conceptaculo simplici brevissimo, scilicet silicula, latitante intra periantbium turgidulum, fert

ANTHYLLIS.

Riv. p. 11. Vuln. rust. J. B. t. 2. l. 17. p. 362.

Prosopopœia X.

Lanosis, multis, pulchris, quia floribus ornor,
Antyllis dicar Græca loquela jubet.
Qui de me scribunt una me dote decorant,
Nempè quòd egregiè vulnera quæq; ferem.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua bullata, turbinatum, fert

CICER.

Riv. p. 12. Cicer Arietin. J. B. t. 2. l. 17. p. 292.

Prosopopœia XI.

Sum Cicer, & cieo urinas, Cicer indeq; dicor,
Græcè Erebintos, sum quia vita tibi.
Educo menses, fœtus, faciemque coloro,
Elapido renes, ubera lacte gravo.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua bullata, reniforme, sed depreßum, fert

COLUTEA.

Riv. p. 12. Colut. Vesic. J. B. t. 1. l. 11. p. 38.

Prosopopœia XII.

Anne Colutea dicor, quòd Virtute minuta
Respectu Senę sim minùs ipsa valens?
Ipsa minùs valeo, sed substituor tamen illi,
Et foliis leviter corpora purgo meis.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua bullata, reniforme, sed depressum, fert

CROTALARIA.

Riv. p. 12.

Prosopopœia XIII.

Ut Crotalus vis narrem, cur Crotalaria dicar?
In siliqua, ut crotalum, semina nostra sonāt,
Ut Crotalus nostras nequeo tibi dicere vires,
Nā omnis nostra sophos vis latet usq; modo.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua speciosa, longum, fert

FABA.

Riv. p. 12. J. B. t. 2. l. 17. p. 278.

Prosopopœia XIV.

(olim
Hercle φάγω mihi nomen dat, quòd gentibus
Esca frequens fuerim, sic Faba dicta bene.
Cœliacos juvo, carnem gigno, confero tussi,
Sisto alvum, & vomitus, emaculoq; cutem.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua speciosa, latum, fert

LUPINUS.

Riv, p. 12. J. B. t. 2. l. 17. p. 288.

Prosopopœia XV.

Est Lupus esuriens terrã; Est terre mihi orexis,
Sicque Lupino dat nomen habere Lupus.
Ulcera tetra juvo, ventrisque animalia pello,
Abstergo faciem, Cœliacosque moror.

Se-

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua ſpecioſa, reniforme, fert

PHASEOLUS.

Riv. p. 12. J. B. t. 2. l. 17. p. 253.

Proſopopœia XVI.

Phaſſeolus mea patria, Phaſſeoli mihi nomen
Dat, quæ non multum nobilitatis habet.
Nobilis haud ego ſû, cùm ſit mea gloria maior,
Pauperibus miſeris exaturare famem.

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua mediocri, utrinque convexum, fert

LENS.

Riv. p. 13. J. B. t. 2. l. 17. p. 317.

Proſopopœia XVII.

Lens vocor aut quia ſû lenis, vel reddere lenes
Me utentes poſſum, vel quia lenta fiem.
An miri expectas de Lente audire? Podagræ
Auxilior, ſtrumas deſtruo, ſano Nomas.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, globosam, fert

PISUM.

Riv. p. 13. J.B. t.2. l.17. p.295. & 300.

Prosopopœia XVIII.

A Pisa; aut aliunde ego Pisi nomen adeptum
Gaudeo, Pisones nomen habere meum.
Glorior & scabiem auferre, ablatumq; decorem
A morbi causa, reddere posse cuti.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, subrotundum, fert

LATHYRUS.

Riv. p.13. J. B. t.2. l.17. p.302. & 307.

Prosopopœia XIX.

Dat Lathyri nomē λάθος, est quæ oblivio Græcis,
Nostro quòd fumo Mnemosine icta perit.
Deliciis cunctis Iri viduata popina
Me cupit. Offendo lumina, tento caput.

So-

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, subrotundum, fert

CRACCA.

Riv. p. 13. J. B. t. 2. l. 17. p. 315.

Prosopopœia XX.

Ex Aracho credor multis ego Cracca vocari;
Ergo Arachus tibi sum, sū tibi Cracca simul.
Ἄτα, est noxa: Arachus, quia frugibus infero
Sum: me, crede ergo, nil nisi dāna dare. (noxā,

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, subrotundum, fert

VICIA.

Riv. p. 14. J. B. t. 2. l. 17. p. 310.

Prosopopœia XXI.

Capreolis; quia vicinas mihi vincio plantas,
Hinc Vicia appellor, seu Vicia a Vitio;
Emacio fruges, vitium sic nominor agri,
Inficio panem, sum stomachoque gravis.

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua mediocri, ſubrotundum, *fert*

OROBUS,

Riv. p. 14. J. B. t. 2. l. 17. p. 319.

Proſopopœia XXII.

Paſco, ſagino boves. & concito, nomen & inde
Dat mihi ὄρω, dat βοῦς: Laus mea parva quidē;
Maior at eſt, quoniam maculas à corpore tollo,
Duratas mammas mollio, ſiſto nomas.

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua mediocri, anguloſum, *fert*

ERUUM.

Riv. p. 14. J. B. t. 2. l. 17. p. 321.

Proſopopœia XXIII.

Eruor è terra manibus, non falce recidor;
Hinc Erui à Latio nomen habere putor.
Utilis ad multa eſt ex me confecta farina,
Emaculat faciem, purpureamque facit.

Se-

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, reniforme, fert

LABURNUM.

Riv. p. 14. J. B. t. 1. l. 11. p. 361.

Prosopopœia XXIV.

Dic mihi quæso, Laburni cur ego nomine doner,
Et mea quæ sit vis, tu quoq; certus eris.
Nil mihi respõdes? nec ego tibi dicere quidquã
Amplius audebo. Cuique tacere libet.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, reniforme, fert

PSEUDO-ACACIA.

Riv. p. 14.

Prosopopœia XXV.

Acaciæ spinas tantùm gero, cætera desunt
Acaciæ, idcircò Pseudo vocata moror.
An mihi sit vis Acaciæ tu forte requiris?
Si mandas, dicet forsitan ipse sapor.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, reniforme, fert

GLYCYRRHIZA.

Riv. p.14. J. B. t.2. l.17. p. 320.

Prosopopœia XXVI.

Si mea gustetur tibi radix, dulce loqueris
Testando, dicar quàm Glycyrhiza bene.
Me Phthisis, & Raucedo carã servat, & Asthma,
Tussis, Pleuritis, me Peripneumonia.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, reniforme, fert

GENISTA.

Riv. p.15. J. B. t.1. l.11. p.395.

Prosopopœia XXVII.

Flecti prompta, genu instar, nominor inde Ge-(nista,
Sumque tuis flecti prompta medela malis.
Ischias, & stranguria, struma, gonagra, podagra,
Calculus, atque hydrops, me medicante, mi-(grant.

Se-

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua mediocri, reniforme, fert

ANONIS.

Riv. p.15. J.B. t.2. l.17. p.391.

Proſopopœia XXVIII.

Grçca mihi dat vox ὀνίω (juvo) nomen, Ononis,
 Quòd multis morbis apta juvare puter.
Urinam pigram cieo, renumque lapillos
 Eiicio, jecoris ſorde repurgo poros.

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua mediocri, reniforme, fert

NATRIX.

Riv. p.15. J.B. t. 2. l.17. p. 393.

Proſopopœia XXIX.

Non bene ei audio, qui me ſolo pendit odore;
 Hircus ſit, qui me dicit olere tragum.
Gloria magna mea eſt, quòd Theriacaria dicar
 Natrici adverſans, indeque nomen habens.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua mediocri, reniforme, fert

CYTISUS.

Riv. p. 15. J. B. t. 1. l. 11. p. 367.

Prosopopœia XXX.

Insula dat Cythnos Cytisi mihi nomen habere;
Cladibus at Cythni sum viduata tibi.
Imò retentæ urinæ accurro, & tollo tumores,
Lac gignoque gregi, mella apibusque paro.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua angustiore, inæquali, longum, fert

GALEGA.

Riv. p. 15. J. B. t. 2. l. 17. p. 342.

Prosopopœia XXXI.

A galeato flore vocor Galega? An mihi nomen
Gallia donat, ubi copia magna mei est?
Sumpta venenosos morsus juvo, febribus obsto,
Vermes expugno, Pharmaca vinco mala.

Se-

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua anguſtiore, inæquali, nigrum, ſplendenſque, fert

PSEUDO-FUMARIA.

Riv. p. 15. J. B. t. 2. l. 26. p. 204.

Proſopopœia XXXII.

Pſeudo vocor Fumaria, Falſa at nomine tãtùm
Infirmis ſemper vera medela fui.
Arthritis, peſtis, ſcabies, angina, podagra,
Toxica, Lumbrici, me auxiliante ruunt.

Semen in conceptaculo ſimplici, ſeu ſiliqua anguſtiore, inæquali, rotundum, ac minutum, fert

SINAPISTRUM.

Riv. p. 16.

Proſopopœia XXXIII.

Non verum exto Sinapi; Sinapiſtrũ vocor inde.
Aſt habeo vim, quam vera Sinapis habet.
Aſtruit id ſapor, atque eſt experientia teſtis:
Me ſcis, ſi ſcis, quæ fortè Sinapi poteſt.

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua anguſtiore cylindracea, rotundum, fert

LOTUS.

Riv. p.16. J. B. t.2. l.17. p.355.

Proſopopœia XXXIV.

Λῶ Græcis eſt expeto: λῶ mihi nomine Loti
Dat dici, quòd ſim grata cuique gregi.
Argema diſcutio, maculas extergoq; vultus,
Veſicæ in vino tormina pota levo.

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua anguſtiore, cornuta, ſeſamaceum, fert

FOENUM GRÆCUM.

Riv. p.16. J. B. t.2. l.17. p.363.

Proſopopœia XXXV.

Dicor Fœnum Grecũ, quòd me Grecia gignat,
Et patrium tantum lætor habere ſolum.
Par Patriæ mihi virtus eſt, quòd magna poteſ-
Viribus atq; meis eſt mea fama minor. (ſum,

Se-

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua angustiore cornuta, quadratum, fert

SECURIDACA.

Riv. p. 16. J. B. t. 2. l. 17. p. 345.

Prosopopaia XXXVI.

Nonne Securidaca appellor, quia forma Securis
Est mihi? sic certè: Damna nec ulla fero.
Utilis existo stomacho, Antidotisque refundor,
Et quæ connivent Viscera passa volo.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua contorta in spiram simplicem, reniforme, fert

FALCATA.

Riv. p. 16. J. B. t. 2. l. 17. p. 383.

Prosopopaia XXXVII.

Indigitor Falcata, quia mihi Falcis ad instar
Curvantur siliquę, Medica dicta priùs.
Nitrosum sapio, calida excessuque secundo
Sum; scrutare modò, quę tibi dona feram.

Se-

Semen in conceptaculo ſimplici longiore, ſeu ſiliqua contorta in ſpiram multiplicem, reniforme, fert

COCHLEATA.

Riv. p. 17. Medica, J. B. t. 2. l. 17. p. 381.

Proſopopœia XXXVIII.

Quæris cur Cochleata vocer? Pericarpia dicēt
Ipſa tibi mea, quæ ſe cochleæ inſtar habent.
Medica & appellor; Medici at nō dignor hono-
Cùm tantū pecoris ſim medicina malis. (re,

Semen in conceptaculo ſimplici, ſeu ſiliqua articulata, curtum, fert

CAMPOIDES.

Riv. p. 18, J. B. t. 2. l. 21. p. 898.

Proſopopœia XXXIX.

Effigio bruchum ſiliqua, quæ *Campo*, dat, *idis*
Nomen; Virtutem, docte, require meam.
Horrida forma mea haud timidū te terreat un-
Acris ſum guſtus; cętera quęre ab eo. (quam,

Se-

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua articulata, rectum, fert

SCORPIOIDES.

Riv. p. 18. Teleph. Scorp. J. B. t. 2. l. 21. p. 898.

Prosopopæia XL.

A siliqua nomen venit mihi Scorpioidis,
Quæ bellè scit caudam effigiare nepæ.
Ipsa in me signat, quæ sit mea vivida virtus,
Hoc est, me virus posse necare Nepę.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua articulata, rectum, fert

CORONILLA.

Riv. p. 17. Colut. parv. spec. J. B. t. 1. l. 11. p. 383.

Prosopopœia XLI.

Quòd capiti ipsa meo proprio sim flore Corolla
(Non alienorum) Parva Corona vocor.
Pro Meliloto me utuntur quidam; an bene? pensa:
Credor pasta apibus plurima mella dare.

Se-

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua articulata, compressum minus, fert

ORNITHOPODIUM.

Riv. p. 18. J. B. t. 2. l. 17. p. 351.

Prosopopæia XLII.

Est ὄρνις, volucris, πόδιον, pes; Hinc mihi nomẽ,
Quas gero quòd siliquę sint pedis instar avis.
Utere me semper, si quando te Hernia vexat;
Utere, si nolit calculus ire foras.

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua articulata, semilunare, fert

FERRUM EQUINUM.

Riv. p. 18. Solea equina. J. B. t. 2. l. 17. p. 347.

Prosopopœia XLIII.

Sperma meũ causa est, quòd Ferrũ dicar equinũ
Cùm soleam referat*, qua est soleatus equus.
Chemicus expectans, hydrargyron esse futurũ
Argentum per me, ritè chimæricus est.

Se-

Semen in conceptaculo simplici longiore, seu siliqua articulata, reniforme, fert

HEDYSARUM.

Riv. p. 18. J. B. t. 3. l. 27. p. 333.

Prosopopœia XLIV.

Si ἡδὺς dat nomen mihi, convenit esse suave
Hedysarum, Antiphrasis ni neget esse mihi.
Nam non suave probor cùm sit mihi semē ama-
Si plenè me vis scire, require bene. (rum:

Semen in conceptaculo duplicato longiore, planoque, compressum, fert

SERRATA UTRINQUE.

Riv. p. 18. Lunaria Radiata Robini.
J. B. t. 2. l. 17. p. 548.

Prosopopœia XLV.

Cùm siliquæ à me productę ferrentur utrinque
Hinc benè *Serrata* nomine *utrinque* vocor.
Est mea, sicut sum serrata, serata potestas,
Unde quid ipsa queam, dicere non valeo.

Se-

Semen in conceptaculo duplicato, longiore, angulofo, fefamaceum, fert

APIOS AMERICANA.

Riv. p. 19. Jac. Corn. Can. plan. h. c. 76. p. 200.

Profopopœia XLVI.

Eft Apios Pyrus Argolicis; Radix pyriformis
Eft mihi: Sic Apios fum vocitata bene.
Americæ Regio genuit me, hinc Americana
Dicor, & hoc de me fit tibi fcire fatis.

Semen in conceptaculo duplicato, longiore, angulofo, fefamaceum, fert

ASTRAGALUS.

Riv. p. 19. Aftrag. vet. J. B. t. 2. l. 17. p. 332.

Profopopœia XLVII.

Aftragali Aftragalus (talus) me nomine donat,
Inftar quòd Tali fperma fit omne meum.
Si fumar cum vino, ventris fifto fluores,
Hoc faciendo fimul lotia pigra premo.

Se-

Semen in conceptaculo duplicato, brevi, turgido, reniforme, fert

GLAUX.

Riv. p. 19. Glaux Hisp. J. B. t. 2. l. 17. p. 341. & 352.

Prosopopœia XLVIII.

Est γάλα lac, Gręcis γάλα Glaucis dat mihi nomen,
Quod lac extinctum sim revocare potens.
Quid possim ulteriùs, sophe, si tu scire peroptas,
Fac accuratè digna pericla mei.

Semen in conceptaculo brevi, turgido, reniforme, fert

TRAGACANTHA.

Riv. p. 19. J. B. t. 1. l. 11. p. 407.

Prosopopœia XLIX.

Est τράγος hircus Gręcis, spina vocatur ἄκανθα,
Aruncus videor, sic mihi nomen adest.
Clarificant vocem lacrimę, quas stillo, retusam;
Succurrunt tussi, sunt oculisque salus.

Semen in conceptaculo duplicato, lævi, depresso, planum, fert

THLASPIDIUM.

Riv. p.10. Thlaſpi Creticum quibuſdam, &c.
J. B. t.2. l. 22. p.914.

Proſopopœia L.

A Thlaſpi, ut re differo, ſic ſi ut nomine diſpar
Illi, Thlaſpidium me vocitare bonum eſt.
Ferventis guſtus ſum, excalfacioque valenter,
Viſque Drabæ ſimilis creditur eſſe mea.

Semen in conceptaculo tripartito ſolidiore, rotundum, fert

ESULA.

Riv. p.19. Tithymalus. J.B. t.3. l.34. p.662.

Proſopopœia LI.

Eſula non dicor, quòd edendo ſim apta reperta,
Sed quòd edaci ſim lacte referta meo.
Piſcibus exitium ſum, verruciſq; thymiſque,
Lichenique, & pſoræ, ulceribusque feris.

Se-

Semen in conceptaculo tripartito, vesicæ simili, rotundum, nigrum, cordis figura signatum, fert

VESICARIA.

Riv. p. 20. Halic. peregr. J.B. t.2. l. 15. p.175.

Prosopopœia LII.

(corde
Nil mihi crede; etenim sum tristis hypocrita;
Candida conspicior, corpore tota nigra.
Amplius exquiris? sum Vesicaria dicta,
Quòd tumeo vento, nil potis intùs habens.

Semen in conceptaculo quinquepartito, turgidoque, rotundum, fert

BALSAMINA.

Riv. p.20. Balsam. persic. J. B. t.2. l. 21. p.909.

Prosopopœia LIII.

Balsamina appellor, sed rectè fæmina dicor,
Balsamina mare, quòd vis minor ipsa mea est.
Sunt qui me parilem faciunt illi, bene credes
Me talem, vires si experiare meas.

Se-

Semen in conceptaculo quinquepartito, angusto, longum, fert

IMPATIENS.

Riv. p. 20. Noli me tangere.
J. B. t. 2. l. 21. p. 908.

Prosopopœia LIV.

Impatiens ſum, nam ſemen vix tacta relinquo,
Sed patienti ſum grande ſalutis opus.
Quæ claudit Stränguria poſſum aperire valēter,
Et lapidi renum cogo patere vias.

INDEX PROSOPOPOEIARUM.

A

B

C

D

E

E-

N

O

P

R

S

Si-

T

V

X

INDEX

VOCUM ABSTRUSIORUM, Quæ in hoc Opusculo continentur.

A

Alyſſon, vide Alpha.

Amanuenſes, Scribæ, Scriptores.

Amaracus, filius Cynaræ Regis Cypri, qui quum alabaſtrum unguenti, quod ferebat; caſu lapſus fregiſſet, tanto dolore intabuit, ut Deorum commiſeratione verſus ſit in Sampſucum, quæ ex eius nomine Amaracus, cæpta eſt appellari, vulgò *Majorana*, *Perſa*.

Amentifer, Producens amentum.

Amentum, Nucamentum; Inanis illa efflore-ſcentia, ceu à mento pendens barba languinoſa in quibuſdam arboribus; unde Amentifer.

Angina, Morbus acutiſſimus, quo fauces anguſtantur, & ſtrangulantur.

Angloſus, vide Anguloſus.

Anguloſus, Habens plures angulos.

Anthyllis, ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν, nempè à floreſcendo, & a lanugine cana, qua pubet. vel à floſculorum elegantium copia; nam ἀνθύλλιον eſt Flos lanoſus.

Antidotum, Remedium, quod contra venena, aut morbos datur.

Antiphraſis, Sermo per contrarium intelligendus, ut Parcæ, quòd minimè parcant.

Antirrhinum, dicitur à voce Græca, ῥὶν, naſus, & ἀντὶ, ſicut, pro; nam eius pericarpium eſt Vituli narium ſimile.

Aphthæ, Exulcerationes in ſummo ore infantibus peculiares ex vitio lactis, quod ſugūt.

Archibotanographus, vox Græca ex ἀρχὸς, Princeps, βοτάνη, Herba, & γραφεὺς, Scriptor, quaſi, Princeps Scriptor herbarum.

Ar-

Argema, Oculi ulcusculum, quod in iridis oculi circulo nascitur, partem aliquam candidi, partem etiam nigri comprehendens.

Aristolochia, vox Græca ex ἄριστον, quod est optimum, & ex λόχιος, quod est, ad partum, seu Puerperium pertinens.

Aroma, Odoramentum.

Arthesis, vide Arthritis.

Arthresis. vide Arthritis.

Arthritis, Morbus articularis.

Aruncus, Villus à caprarum mento dependēs.

Asellus, Parvus asinus.

Asthma, est spirandi difficultas.

Asthmaticus, anhelus, qui non sine sono, & difficultate spirare potest.

Astragalus, Os pedis in animalibus quibusdā supra calcaneum. Vocatur & talus, & utrumque nomen significat quoque, quod vulgò dicitur, *Dado*.

Astruo, affirmo, confirmo.

B

Bacca, Fructus parvus rotundior sparsim adnascens arboribus, fruticibus, atque etiam herbis.

Baptista, Sanctus Joannes Baptista Præcursor Domini, idest, Baptizator.

Barba, bæ, Barbam habent & homines, & bruta quadrupedia. Barbam habent & flores monopetali, quæ dicitur etiam labium, & est ea pars eorumdem, quæ sub galea est.

Barba Jovis; Frutex est ita dictus, quia eius folia cana sunt, ut Barba antiqui Jovis.

Barbara lexis, ideſt, Barbara dictio. Figura est, qua dictionem barbaram, & peregrinam Latinæ, aut Græcę orationi admiſcemus.

Beor, Fœlix efficior.

Bicapſularis, habens capſulam ſeminalem bivalvem.

βοτάνη, ης, Herba, unde

Botanica, vide Botanicus.

Botanicus, ci. Herbarius, *Semplicista*, *Quegli, che conoſce l'erbe, e la loro virtù*.

Botanicus, ca, cum: Pertinens ad herbas; *Coſa, che s'appartiene all' Erbe*, unde Ars botanica, Res herbaria.

βοῦ, nihil per ſe ſignificat, ſed in compoſitione dictiones auget, ut Bumaſtos, Magna mamma: μαςὸς enim est mamma, βοῦ verò est magna.

Bryon, Muſcus, vulgò *Muſchio*, *Moſcolo*.

Bugloſſoides, ſimilis Bugloſſo.

Bugloſſum, ſi; Lingua bovis; nam βοῦς est Bos, & γλῶσσα est Lingua.

Bugula, læ; Conſolida media pratenſis cærulea, C. B. in Officinis Gallicis Bugula vocata.

Bulla, læ; Tumor quidam excreſcens, ut in aqua, verbigratia, quando bullit, *Bolla*, *Sonaglio*.

Bullatus, ta, tum, *Gonfio a guiſa di bolla, e di ſonaglio*.

Cam-

C

CAmpe, *κάμπη*, Eruca, *Bruco*.

Campoides, similis Erucæ, *Simile a un Bruco*.

Canada in nova Francia in America est, unde Origanum fistulosum Canadense à Jacobo Cornuto dictum, ad nos translatum est.

Cancer, Morbus est ab atra bile effervescente proficiscens, cùm alias corporis partes, tùm mulierum mammas in primis infestans, quæ menstruo non purgantur.

Candidatus, *Vestito di bianco*. Candidati dicebantur, qui ad alicuius Magistratus, aut Dignitatis petitionem aspirabant, à toga candida, quam per id tempus induebant, ut perspici ab omnibus possent.

Capitatus, Ferens capitulum, vulgò *Capitello*, à quo quædam plantæ dicuntur Capitatæ, ut Cardui, Scabiosæ, & similes, quia habent capitulum, quod constat ex pluribus floribus difformibus.

Capreolus, li: Claviculus intortus in vitibus, & aliis quibusdam plantis, quo veluti manu adminicula amplectuntur. *Viticcio*.

Capsularis, parvam habens capsam seminis.

Cardiaca, cæ: Morbus infestans ventriculum, quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenatis in ventriculo congestis, nimioque dolore Syncopen afferentibus.

Cardinalis Flos, ab Eminentissimo Cardinale

 Bar-

Barbarino nomen accepit; in cuius Viridarium primò translatus fuit.

Caros, est somnus justo profundior, proveniēs ex humore frigido, & viscido cerebrum, & præcipuè anteriores eius ventriculos occupante, sensumque pariter, & motum ad tempus impediente, spiratione tamen integra relicta.

Cassida, vide Cassis.

Cassis, dis: Cassida, Galea, *Elmo, Celata, Morione*. In floribus monopetalis Cassis, Galea, Cassida est pars illa superior, quæ imminet, & incumbit barbæ, seu labio eiusdem.

Catalepsis, est affectus cerebri, & potissimùm posterioris eius partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipuè posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculisque, ut in vigilia, apertis.

Catus, Felis; & dicitur Catus, idest callidus, sagax, ab insigni astutia in venando mures.

Chamædrys, Parva quercus, Quercula, *Querciuola*. Vox Græca composita ex χάμαι, humi, *in terra*, & δρῦς, Quercus.

Chamæpitys, Vox Græca composita ex χάμαι humi, & πίτυς Pinus, seu Picea; Hoc nomine vocatur hæc Planta, eo quòd nascens videatur Pinus è terra erumpens.

Chimæricus, Fictitius, Commentitius, Fabulosus.

Chronicus, vide Chronos.

Chronos, Tempus; inde Chronicus, longi temporis.

Chy-

Chymicus, qui Chemiæ, ideſt, argenti, & auri præparationi incumbit.

Cieo, Moveo, Provoco, Cio.

Cio, Moveo, Provoco, Cieo.

Cito, à Cieo, Provoco.

Κλίνη. ηης, ἡ; Lectus diſcubitorius.

Clymenum, dicitur à κυλίω, quod eſt volvo; inde Periclymenum: περὶ, eſt circum; Periclymenum, quod circumvolvatur arboribus.

Cochlea, Limax cum teſta, unde

Cochleata, ſpecies Medicæ: ita compendii ergo ab Excellentiſs. Rivino vocata, quòd Pericarpium circumvolutum ad inſtar teſtæ cochlearum ferat.

Cœliaca paſſio, Cœliacus morbus ex Galen. de finit. Med. cap. 47. eſt alvi fluxio non recens, ſed diuturna, cum vermibus, multiſq; excretionibus, corpore ſimul marceſcente; Hinc Cœliacus, ſeu Ventriculoſus, qui Cœliaca laborat.

Cœliacus, vide Cœliaca paſſio.

Colica diſpoſitio, eſt conſtitutio plenioris inteſtini diuturna, in qua, ſpaciis temporis interiectis, cruciatus intolerabiles, difficultates reſpirandi, ſudores, perfrictioneſque adoriuntur. Ex Gal. de fin. Med. c. 47.

Columna, Fabius Columna Romanus, Academicus Lynceus.

Colutea, dicitur à verbo Græco Κολοβόω, decurto, mutilo, trunco, minuo, &c.

Concito, commoveo, extimulo.

Condyloma, Tuberculum, quod naſcitur circa

ca coronam ani, sive podicis, sanguinem jugiter profundens, ita dictum à similitudine condylorum, hoc est nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent.
Condylus, Junctura, & nodus articulorum in digitis eminens, stricta in pugnum palma.
Constipo, Condenso; in unum cogo.
Convexum, Contrarium concavi, quod est ex omni parte declinatum, &c.
Convulsus, Retractus; ut convulsus musculus, hoc est, cuius fibræ contractæ sunt versus suam originem: Item, convulsi nervi, convulsi tendines, &c.
Corniculatus, vide Cornu.
Cornu, Corniculum, diminutivum à Cornu; Cornu parvum; hinc Corniculatus, ad instar parvi cornu.
Cornucopię, Cornu fuisse creditur, quod Hercules cum Acheloo, in speciem Tauri mutato, congressus, ei detraxit, Hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarunt.
Cornucopioides, similis Cornucopiæ, ad instar Cornucopiæ, habens figuram Cornucopiæ.
Cotyledon, Herba Umbilicus Veneris dicta.
Crabro, Insectum Vespis simile, sed maius, *Calabrone*.
Crotalum, Sistrum, Crepitaculum ex ligno, ære, aliave materia ita concinnatum, ut efficere sonum queat, si quis manu verset.
Crotalus, qui lingua est expeditiore, & voce sonanti, ac prope tinnula, quique loquaci-
tate

tate ſua neminem non obtundit.

Cylindraceus, quod habet formam Cylindri.

Cylinder, omne quod volubile eſt, qualis Columna teres.

Cymbalum, Inſtrumentum muſicum, vulgò *Cembalo*.

Cythnos, Inſula eſt ex Cycladibus: inde Cythnicæ, ſive Cythniæ calamitates, ideſt Maximæ, cùm Cythnii ab Amphitryone maximis cladibus divexati fuerint.

D

DEciduus, Cadens, Decidens; ut folia decidua, ideſt, quæ, exacta æſtate, decidunt.

Deliquium, Defectus, Syncope; & eſt cùm quis animo deficit; vulgò *Svenimento*.

Deus compitalitius, Gentilibus Deus, qui cõpitis, & viis præerat.

Die Brune, inde Brunella, quòd faucium, & linguæ affectibus, ſeu potius malo Caſtrenſi, Germanis, die Brune, dicto, medeatur: quod malum ab Ægineta lib. 3. Eryſipelas cerebri dictum videtur.

Difformis: Flos difformis eſt, cuius petala figura, aut ſitu, aut utroque differunt, ut flores papilionacei, ut Fabæ, Piſi. reliquorumque leguminum.

Digital, Vox decurtata à Digitale, quod eſt digitorum tegmentum, quo utuntur qui ſuunt.

Di-

Dipetalus, duobus petalis, seu foliis floris constans.

Dorsifer, in dorso ferens florem, aut semen.

Dracocephalus, habens caput Draconis.

Dynamis, potentia, virtus, vis, facultas.

E

ECbolia, rum; Ecbolima, orum, sive Ecbolades; Medicamenta sunt, quibus Medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & Phthoria dicuntur. Latinè Eiectoria, vel Eiectrices Medicinæ dici possunt, à verbo ἐκβάλλω, eiicio.

Echidna, Serpens, qui Vipera à Latinis dicitur.

Echioides, similis Echio, quæ Herba est habens nomen à Vipera, quam in caule, &c. repræsentat.

Effœtus dicitur, qui jam fœtum edidit.

Elapido, lapidibus purgo.

Elatine. dicitur ab ἐλάω, in altum tendo; unde per antiphrasin, Elatine, humi jacens, dicitur, in altum tendens.

Emacio, macrum, sive aridum reddo.

Enixus, qui peperit.

Enterocela, species herniæ, quum intestina decidunt in scrotum.

Enterocelicus, qui enterocelà laborat.

Epidermis; Cuticula est exterior in animantis corpore. è vera cute veluti efflorescens.

Epilepsia; Morbus est, quem Latini comitia-

lem

lem appellant, ὑπὸ σὲ Mal educo.

Erebint'ios quasi ἐριβιωτὸς, est, valdè vitalis, nam βιωτὸς est vitalis; βίος enim est Vita; ἐρὶ, est particula habens vim augendi. &c.

Erysipelas; ulceris genus quum super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit.

Etymon, Etymologia, Notatio, quæ notam facit rem, de qua prædicatur; ἔτυμος, est Verus: λόγος, est Sermo, vel loquutio.

Euphrosyne, lætitia, delectatio.

Expuo, sperno.

F

FAlcata, species est Medicæ, ita compendii ergo à Magno Rivino vocata, quòd siliquas in modum intortę falcis incurvet.

Ferrumino, jungo, consolido, glutino.

Fistula, est ulcus manans, angustum, callosum, & sinuosum ex abscessibus ferè malè curatis ortum trahens.

Flos conformis, seu uniformis, seu regularis est adeò tornatilis figuræ, ut, si circulus circumscribatur, è floris centro, seu umbilico, harmonicè conspirent omnia.

Flos difformis, aut irregularis, est ille, qui à regulari figura plus, vel minùs declinat.

Flos imperfectus, seu apetalus, aut stamineus est ille, qui cùm semini prævius, aut contiguus sit, nec defluit, nec marcescit antequam semen maturescat, quique foliis illis

tu-

fugacibus coloratis, seu petalis caret.

Flos irregularis, vide Flos difformis.

Flos perfectus, seu petalodes, aut bracteatus, est ille, qui folia fugacia colorata, seu petala habet, & vasculum seminibus continendis, à perianthio diversum.

G

GAlea, vide Cassis.
Galeatus, vide Cassis.

Gangræna, caro est emortua ex ulcere, vel inflãmatione, cui nisi opportuno remedio occurratur, ad vicina proserpit.

Glomerulus: diminutivum à Glomus, vulgò *Mucchietto*.

Gluten, Glutinum, *Colla*.

Glycyrrhiza; *Regolizia*; Dicitur à γλυκύς, dulcis, ῥίζα, radix.

Gonagra; species est Arthritidis, genua vexans.

H

HÆmorrhois; sanguinis fluxus, ex αἷμα, Sanguis, & ῥόος, fluxus.

Herclè, herculè, hercules, mehercules, adverbia sunt jurandi, quasi dicas, per Herculem.

Herculeus morbus; Morbus comitialis, vulgò *Mal caduco*; & ita dicitur, quòd Hercu-
les

les morbum hunc aliquando passus credatur.

Hernia, est nimia dilatatio (rarissimè Ruptura) peritonei ab obstructione tubulorum, & à causa violenta quacumque oborta, per quã intestina in inguen descendendo, herniam intestinalem producunt.

Hexapetalus, sex petalorum, vel sex petala habens.

Hiasco, aperior.

Hio, aperior.

Horminum. Herba dicta ab ὁρμῆ idest, impetu, ὁρμάω, concito, impetu feror, quoniam ad Venerem stimulat.

Hydrargyron, vulgò *Argentovivo*. Genus est metalli liquidi, argenteum colore, liquida verò consistentia aquam referens, unde & nomen.

Hydropisis, seu Hydrops; est tumor universi corporis, ut plurimùm abdominis, ex aquosæ, seu flatulentæ materiæ collectione.

Hydrops, vide Hydropisis.

Hyoscyamus, Herba ita dicta à vocibus Græcis, κύαμος, Faba, & ὗς, Sus, quasi Faba Suilla, quòd eius pastu resolvantur, & convellantur Sues. Apollinaris etiam dicitur ab Apolline, quia opplet cerebrum, & mentem percellit, quasi Apollinis œstro.

Hypocrita, Simulator, qui aliud in pectore gerit, aliud in ore, &c.

Icte-

I

ICtericus, qui ictero laborat.
Icterus, est suffusio bilis flavæ, vel nigræ per totum corpus.
Ignis sacer, ut vult Manardus, est Erysipelas.
Indigitor, vocor, nominor.
Infensus, inimicus, molestus.
Inguen, Pars corporis concava, pubi utrinque vicina, tumoribus, bubonibus dictis, maximè obnoxia.
Insessus; ab insido, insedeo, intùs sedeo; Balneum.
Inuro, signo, noto.
Irus, Mendicus Ithacensis, quem Ulisses interfecit. Vir extremę inopię dicitur, Iro pauperior.
Ischiacus, vide Ischias.
Ischias, Arthritidis species, coxendices infestans, vulgò *Sciatica*; unde Ischiacus, sive Ischiadicus, qui Ischiadis morbo laborat.
Ischiadicus, vide Ischias.

L

LAbiatus, dicitur habens labium; Hinc Flos labiatus ille est inter irregulares, qui in inferiore parte habet labium, aut integrum, aut divisum, &c.
Lacte, idem est ac Lac, & est gen. neutr.

Læ-

Lævis, planus, politus, glaber, tactu mollis.
Lagopus. Pes leporis, trifolii species, & dicitur à λαγώος, Lepus, & πῦς. Pes.
Lamia, Piscis nimium vorax, & fortè ille, qui Jonam deglutivit.
Latium, Tractus, qui est inter Tyberim, & Vulturnum amnes, vulgò *Campagna di Roma*; unde Latini.
Lens, lentis, *Lente*. Mira de lente apud Græcos Proverbium est, dici solitum, quoties res humilis, & pusilla splendidis encomiis, magnificisque laudibus attolleretur.
Leonurus, Planta Africana accedens ad Lamiū fiore luteo, nomen habens à λέων Leo, & οὐρὰ Cauda, quasi Cauda Leonis, quam florum thyrsus repræsentare videtur.
Levis, exigui ponderis, expeditus, celer.
Lexis, vide Barbara lexis.
Libanotis, est Rosmarinus, & aliquot aliæ Plantę ita dictæ ab odore thuris, quod Libanus dicitur.
Libitina Dea, in cuius Templo vendebantur ea, quę ad sepulturam pertinebant.
Lybicus, ex Lybia, ex Africa.
Lichen, morbi genus, faciem præcipuè infestans, qui & Mentagra dicitur, quòd à Mento potissimùm oriatur. Est & Musci genus, crustæ modo arboribus adnascens, &c.
Linus, Apollinis, & Terpsichores filius, Lyricæ peritissimus fuit, &c.
Locusta, est species Valerianæ, ita dicta; quòd libēter depascitur à Locustis, vel quia credatur victū præbuisse in deserto S. Jo: Baptistę.

Lucina, Dea partuum Præses; ita dicta, quòd partum ferat in lucem; & Juno vocatur, & Diana.

Lupulinum, subaudi Trifolium, compendii gratia ita dictum, quòd flosculos instar Lupuli ferat.

M

MAndo, mandis, Cibum dentibus conficio, rodo.

Maro, Rex Thraciæ, à quo primùm fortè inventum fuit Marum.

Medica, species Trifolii cochleati, ita dicta, quòd in Media, Regione Arabiæ, abundet.

Melampyrum, Græca vox est, composita ex μέλαν nigrum, & πυρός Triticum, sive Frumentum.

Menses, sunt menstrua mulierum, ita dicta, quòd unoquoque mense fluere soleant, &c.

Minthos, dicitur excrementum hominum. Est etiam lanugo, muscidave pubes in putrescentibus rebus nata.

Mnemosine, Memoria, Musarum mater, quòd omnium Scientiarum thesaurus memoriæ beneficio acquiratur, & conservetur.

Molucca, est Melissæ species, ita dicta à Moluccis Orientis Insulis, ubi passim oritur, & primùm fuit inventa.

Monopetalus, unius folii; nam μόνος est unus, & πέταλον est folium floris.

Morbus regius; Icterus, suffusio bilis flavæ, vel

vel nigræ per totum corpus.

Musa, Antonius Musa Medicus, qui Cæsarem sanitati restituit; scripsit Librum de Betonicæ viribus.

Mustella, vel Mustela, vulgò *Donnola*.

N

NAtrix, genus Serpentis aquas veneno inficiens, à Nando nomen habens: est & planta ita dicta, quòd talem Serpentem redolet, & eius veneno adversatur.

Nepa, Scorpius, Scorpio, vulgò *Scorpione*: Hinc Nepeta Planta dicitur, quòd contra Nepas valeat; Dicitur etiam forsan Nepeta à Nepeta, quæ Civitas est Hetruriæ, &c.

Nepeta, vide Nepa.

Nitrosùm, vide Nitrosus.

Nitrosus, nitri saporem habens; hinc, nitrotrosùm sapere, est habere nitri saporem.

Nomæ; ulcera, quæ depascunt, vorantque serpendo corpus.

Nomenclator, qui memoriter unumquemque nominatim vocare, & nomina omnium de memoria subiicere potest, eoque potissimùm utebantur Candidati, ut sibi in prensando suffragatores, nomina Civium suggererent.

Nominitor, sæpius nominor.

Nothus, spurius, non legitimus.

Cci-

O

OCimum, & meliùs Ozimum, à verbo ὄζω, oleo, Basilicus est, quasi regius, quòd suavissimum spiret odorem mensis regiis dignum.

Odontitis, est Euphrasia pratensis rubra, & lutea, C. B. & habet nomen ab ὀδοὺς, dens: Græcis ita dicta, quòd dentium sedet dolorem, vel petala dentata habeat, &c.

Onobrychis, Asini ruditus, vel crepitus; nam ὄνος Græcis est Asinus, βρυχω verò est sonitum, vel crepitum edo. Esu enim talis plantæ Asini multos edunt ruditus, vel crepitus.

Ophthalmia est quoties rubet oculi pars candida, extolluntur cilia, simulque fit, ne possint sine dolore coniungi palpebræ, tractatusque manibus oculus dolet.

Oppilo, claudo, occludo.

Orexis, appetitus, exuritio.

Ornithos, ὄρνιθος, Avis.

Oro, ὄρω, excito, concito.

Orobanche, dicitur ab ὄροβος Orobus, idest, Ervum, & ἄγχω strangulo, suffoco, quia Orobum, & cætera legumina suffocat.

Orobus, est Ervum, & dicitur à verbo ὄρω, quòd significat excito, concito, & βοῦς, Bos, quia comesto à Bobus eo saginantur, & saginati, citato impetu feruntur, &c.

Orthopnœa, dicitur ab ὀρθὸν rectum, & πνέω spi-

spiro, & est spirandi difficultas, cùm æger, non nisi recta cervice, spiritum trahere potest.

Ozimum, vide Ocimum.

P

PAnus, Græcis φῦμα, est tumor non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est, fitque in vertice, alis, inguine, cum dolore, ac distentione vehementi.

Pappi, sunt lanuginosa quædam substantia in quibusdam floribus, & super quædam semina, in aerem se effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur.

Papposus, producens pappos; vide Pappi.

Pareo, videor, appareo.

Parilis; æqualis, similis.

Parotis, dicitur à παρὰ, ad, & ὦτα aures, & est apostema ad aures.

Patulus, apertus, latus, diffusus.

Penso, sæpe pondero, æstimo.

Pentapetalus, ex quinque constans petalis, idest, foliis florum.

Περὶ, circum.

Perianthium est, quod florem tegit, & dicitur etiam Calyx, nam περὶ est, circum, & ἄνθος est flos.

Pericarpium, est theca, & involucrum quod semen ambit; nam περὶ est circum, καρπὸς est semen, vel fructus.

Periclymenum, dicitur à περὶ circum,& κυλίω volvo.

Pes, dis, pediculus, fædum capitis animal, &c.
Pessundo, conculco, arceo, reprimo.
Pharmacopœus, pharmacorum confector,
Pharmacopola, pharmacorum venditor.
Pharmacum malum, venenum.
Phlegma, Pituita, humor in corpore animalis frigidus, & humidus.
Phonesis, φώνησις, vocis emissio.
Phthisis, morbus totum corpus extenuans, proveniens ex ulcere pulmonis, &c.
Phu, vide Phy.
Phy, Interiectio mirantis est, vulgò *oibò*; Inde Valeriana maior, Phu, à Grecis appellatur, quibus φεῦ est interiectio abhorrentis, quia radix Valerianæ olet felinum quid, non sine aliquo horrore.
Phyllon, vel Phyllum, folium; & aliquando sumitur pro petalo, idest folio floris.
Phyticon, Græcis est Planta.
Phyton, planta, stirps.
Pisa, est Civitas in Elide Peloponnesi regione; & est Urbs in Thuscia.
Pisones, è gente Calphurnia in primis Romæ nobili, ita appellati, quòd optimè Pisa serent.
Plano, complano, planum reddo.
Pleuritis, Laterum dolor, vulgò *Mal di punta*. Inflammatio est membranæ costas succingentis, quam Græci πλευρὰν appellant, cũ febre acuta, dolore pungente, respirationis difficultate, & tussi.
Podagra, morbus est articularis, pedes præcipuè infestans, aliis cum ardore, aliis cum
al-

algore, quo divites, & otiosi præcipuè infestantur.

Podion; ποδίον, pediculus, parvus pes.

Pol, jurantis adverbium, vulgò *Certamente*.

Polychrestus; ad multa utilis.

Pori, corallo affines, Plantæ marinæ sunt, substantia Coralliis proxima, & potissimùm porositate, unde nomen habent.

Potessum; Veteres dicebant, quod posteà dictum est, Possum.

Potis, potens, bonus.

Prolificus, prolem, & progeniem faciens.

Prosopopœia, Personæ confictio, quum rebus inanimatis personam, orationemque tribuimus.

Prurigo, pruritus, vulgò *Pizzicore*.

Pseudo, falsus, mendax, similis.

Psora, cutis asperitas squamosa, scabies in summa pelle.

Punica mala, Granata, vulgò *Melagrana*.

Pusio, parvulus puer.

Pyriformis, habens formam Pyri, ad instar Pyri.

Q

Quadricapsularis, habens pericarpium quadripartitum.

R

RApuntium, Rapunculus, vulgò *Raperonzolo*.
Recchus, Nardus Antonius Recchus Monte-Corvinas Medicus Regius, Scriptor rerum Medicarum novæ Hispaniæ.
Regius, vide Ocimum.
Res Herbaria, Botanica, Scientia Herbarum.
Rigeo, ſum durus, ſum aſper.
Ruptus, fractus, vulgò *Crepato*.

S

SAgino, pinguefacio.
Sanguen, ſanguis.
Satyri, Homines monſtruoſi, ita dicti à voce Græca, *σάτυρ*, quæ mentula eſt, eo quòd in libidinem ſemper proni ſint.
Scirrhus, tumor induratus cum nullo, aut modico dolore, originem trahens ab atra bile, aut pituita.
Scitor, interrogo, inveſtigo, quæ occulta magis, ac ſecretiora ſunt.
Sclopetus, vulgò *Scoppietto*, *Archibuſo*.
Scorbuticus, qui Scorbuto laborat. Scorbutus eſt diſcraſia ſanguinis, aliorumque ſuccorum ab acido dependens, inde quoque varia variarum partium ſymptomata introducens.

Scor-

Scorpioides, similis Scorpioni, quòd semen habeat, ideft siliquam feminis, ad similitudinem Caudæ Scorpionis.

Scotoma, Vertigo capitis, cùm omnia, quæ foris oculis occurrunt, in gyrum circum agi videntur.

Scrofa, Sus fæmina, quæ fœtus causa alitur, vulgò *Troia*.

Securis, vulgò *Scure*.

Segmen, fegmentum, fectio, lacinia, vulgò *Divisione*, *Frastaglie*.

Sero, as; claudo, occludo.

Serratus. quod ferræ in modum eft denticulatum.

Serro. as; ferra per medium feco, vulgò *Segare*.

Sefama, vel Sefamum, dicitur forfan à σείω, concutio, agito, eo quòd vafcula feminum concuffa refonent.

Sexcapfularis, habens capfulas feminis, quæ in fex partes aperiuntur.

Sideritis, dicitur à σίδηρος, ferrum, quòd ferruminet, & conglutinet vulnera ferro inflicta.

Simil pro fimilis, æqualis, par.

Sinapi, neutr. gen. & indeclinabile, vulgò *Senape*.

Sinapis, fæm. gen. vulgò *Senapa*.

Solea, vulgò *Ferro da Cavallo*, unde

Soleatus, vulgò *Ferrato*.

Sophus, fapiens, philofophus.

Spiræ, Revolutiones, feu circuli, qui in fe ipfos non recurrunt.

Stamen, Filum; unde Flores ftaminei Botani-

cis dicuntur ii, qui sine petalis sunt, solis filis staminibusve constantes.

Stœchades, sunt tres Insulæ Massiliensium litori vicinæ, una quarum Prote, altera Mese, tertia Hypæa vocatur, à quibus, ubi tantùm nascitur, Stœchas nominatur.

Stranguria, Urinæ stillicidium, quum Urina per intervalla, & guttatim defluit.

Struma, Tumor, cervicem præcipuè infestans, qui à scrophis, quę id morbi patiuntur, Scrophula dicitur.

Subteres, sublongum, & rotundum.

Suffitus, suffumigatio, vulgò *Profumo*.

Suo, sarcio, concinno, vulgò *Cucire*.

Sutor, qui suit.

T

TAbes, colliquatio ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex curarum, animive ęgritudine procedens, cuius tres sunt species, videlicet, Atrophia, Cachexia, & Phthisis.

Talus, vulgò *Dado*.

Teres, longum, & rotundum.

Tetrapetalus, constans quatuor petalis, idest foliis floris.

Tetraphyllos; habens quatuor petala, idest quatuor folia floris.

Teucer Rex, qui in Troade unà cum Dardano genero regnavit, à quo Troiani dicti sunt Teucri: unde Teucrium herba dicta est, quia

ab

ab ipso primùm eius virtus à corruptione præservandi observata fuit.

Theca, vagina, capsa, loculus, seu pericarpium, in quo planta semen producit, & conservat.

Thymus, Planta nomen habens à θυμὸς, qui Græcis est, Animus, quia adhibetur iis, qui animi deliquium patiuntur ob crassos humores. Thymus etiam dicitur Verrucula scabra, & subrubens sanguine, cuius summa pars florem Thymi repræsentat, in genitalibus, sede, feminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus nascens.

Tormina, Morbus est intestinorum, quem Græci, Dysenteriam vocant, quæ accidit cùm intus intestina exulcerantur, & ex his cruor manat, &c. Tormina dicuntur etiam Tormenta, &c.

Toxica, dicuntur venena à Taxo arbore venenosa, &c.

Tragus, Græcis Tragos, Hircus.

Tricapsularis, habens pericarpiū, quod dividitur, & aperitur in tres carinas, seu capsulas.

Tripetalus, Flos habens tria petala, seu folia floris.

Trismegistus, ter maximus.

Trisulcus, tripartitus.

Trudor, impellor violentia quadam.

Turbinatus, quod in turbinis figuram desinit; Turbo autem dicitur quicquid è lato paulatim desinit in acutum, ut pyrum, & instrumentum lusorium, vulgò *Trottola*.

Turgidulus, subtumidus, subinflatus.

Tur-

Turgidus, tumidus, inflatus.

Tussis, est vehemens spiritus efflatio, ea, quę meatum suum obstruunt, excutere conātis.

V

VErro, is; mundo scopis, purgo.

Verruca, Tuberculum in corpore eminens sine sensu; vulgò *Porro*.

Vettones, Populi sunt citerioris Hispaniæ, à quibus herba Vettonica, sive Betonica nomen accepit.

Vincio, ligo constringo.

Virus, venenum, fœtor. Habet hoc nomen tres tantùm casus singularis numeri, Nominativum, Accusativum, & Vocativum.

Vitilis, quicquid sic lentum est, ut commodè flecti possit.

Vitium. Agrorum vitium dicuntur illæ Plantæ, quæ vitiant agrum, ut Vicia, verbigratia, quæ spontè crescens inter segetes, & suis claviculis se se illis implicans, eas emaciat.

Unicapsularis, unicam habens capsulam, seu thecam seminalem, quę non in plures dividitur partes.

FINIS.

D. VENANTIUS SIMI Congregat. Vallisumb. Ord. S. Benedicti Abbas Gener.

CUm Opus inscriptum, *Prosopopœia Botanicę, sive Nomenclator Botanicus*, à P. D. Virgilio Falugio nostræ Congregationis Visitatore compositum, aliquot eiusdem Congregationis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, ut Typis mandetur facultatem concedimus, si iis, ad quos pertinet ita videbitur. In cuius fidem has propria manu subscriptas, sigilloque nostro munitas, dedimus in Monast. Ripulensi prope Florentiam die 13. Maii 1697.

D. Venantius Simi Abbas Gen.

Locus ✻ Sigilli.

D. Bruno Tozzi Secr. & Canc.

Imprimatur

Nicolaus de Castellanis Vic. Gen. Flor.

De mandato Reverendiss. P. Inquisitoris Gen. Flor. Excell. D. Doctor Antonius Maria Salvini attentè legat hunc Librum inscriptum *Prosopopœię Botanicæ*, & referat an in lucem edi possit. Dat. ex S. Offic. Flor. 20. Jun. 1697.

F. Lucius Augustinus Cecchini de Bononia Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Flor.

Has Prosopopœias Botanicas legi; quumq; non mediocrem Rei herbarię utilitatem viderim allaturas, memoriæ adiuvandæ, & conservandę caussa; propterea quòd versibus sunt explicatæ; nihil in iis animadverti, quod puritatem morum, & Orthodoxæ Fidei lædat integritatem.

Die xxvi. Jun. cIↃ. IↃc. lxxxxvii.

Antonius Maria Salvinius J.U.C. & in Patrio Lyceo Publicus Gręcarum Literarum Professor.

Attenta suprad. relatione Imprimat.

F. Lucius Augustinus Cecchini de Bononia Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Flor.

Hieronymus de Giuntinis J. U. D. de mandato S. C. S.